[illegible]
[illegible] sanguinem [illegible]
[illegible] solito [illegible]
[illegible]
prob[illegible] [illegible] quanto [illegible]
pro me passus est, tanto illi plus debeo. Et cum omnia replicaverit, nichil cruce
contumeliosius proferes, quam profitemur et credimus. et in qua de hostibus trium
phamus. Sed ut hec que scripta sunt non negamus, ita ea que non sunt scripta
[illegible] de virgine [illegible] legimus [illegible]
[illegible] non credimus, quia non legimus. Nec hoc ideo dicimus quo nuptias dam
nemus. Ipsa quippe virginitas fructus est nuptiarum. Sed quod nobis de patri
[illegible] Despumet enim, hac estimatione
[illegible] [illegible] superes [illegible]
[illegible] iacob et [illegible]
[illegible] quandam temeritatem [illegible] virginem
non permansisse [illegible] virginem fuisse
[illegible] virgo [illegible]
[illegible] formata non [illegible]
[illegible] est [illegible]
[illegible] virginem permansisse [illegible]
[illegible] de [illegible] virginitatis et nuptiarum [illegible]
[illegible] ne [illegible] virginem [illegible]
[illegible]
[illegible] mulierum [illegible]

pro conditione temporum, alie eos tunc subiacuisse sententie, et alie nos
in quos fines seculorum devenerunt. Tunc lex illa precurrit: Crescite et mul-
tiplicamini, et replete terram. et maledicta sterilis que non parit semen
in Israel. nubebant omnes et nubebantur. et derelictis parentibus fiebant
una caro. Quando vero vox illa personuit, tempus breviatum est. Reliquum est
ut qui habent uxores sic sint quasi non habentes: adherentes domino, unus cum eo ef-
ficimur spiritus. quare? quia qui sine uxore est cogitat ea que dei sunt, quomodo pla-
ceat deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est que sunt huius mundi, quomodo
placeat uxori. Divisa est mulier et virgo. Que non est nupta cogitat
que sunt dei, ut sit sancta corpore et spiritu. Nam que nupta est, cogi-
tat que sunt mundi, quomodo placeat viro. Quid imperatis? cur ... re-
pugnatis? Vas electionis hoc loquitur. divisa est dicens mulier et virgo.
Vide quante felicitatis sit, que et nomen sexus amisit. Virgo iam mulier
non vocatur. que non est nupta, cogitat que sunt domini, ut sit sancta
corpore et spiritu. Virginis definitio, sanctam esse corpore et spiritu. quia nichil prodest
carnem habere virginem, si mente quis nupserit. Que non nupta est, cogitat que
sunt mundi, quomodo placeat viro. Idem tu putas esse diebus et noctibus
vacare orationi, vacare ieiuniis, et ad adventum mariti expolire faciem.
gressum frangere, simulare blanditias? Illa hoc agit, ut turpior appa-
reat, ut nature bonum infuscet iniuria. hec ad speculum pingitur, et in
contumeliam artificis conatur pulchrior esse quam nata est. Inde infantes gar-
riunt, familia perstrepit, liberi ab osculis, liberi a collo dependent. com-
putantur sumptus. impendia preparantur. hinc cocorum accincta manus
carnes terit. hinc textricum turba commurmurat. Nuntiatur interim
vir venisse cum sociis. Illa ad hirundinis modum lustrat universa penetra-
lia. si thorus rigeat, si pavimenta verrerint, si ornata sint po-
cula, si prandium preparatum. Responde quaeso inter ista ubi sit dei cogi-
tatio. Et hee felices domus. Ceterum ubi tympana sonant, tibia cla-
mitat, lira garrit, cimbalum concrepat, quis ibi dei timor? Parasitus
in contumeliis gloriatur. Ingrediuntur exposite libidinum victime et
tenuitate vestium nude impudicis oculis ingeruntur. his infelix
uxor, aut letatur et perit, aut offenditur, et maritus in iurgia con-
citatur. hinc discordia seminarium repudii. Aut si alia invenitur

domus in qua ista nō fiant, que tamen [illegible] est. Ipsa dispensatio domus
liberorū educatio, necessitates mariti, correctio servulorum, que a xpi
cogitatione nō avocent? Defecerunt aut Sarre fieri muliebria. Propterea
quod dicitur ad Habraam: omnia quecumque dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Que
nō est in partus anxietatibus et dolore, que desinentibus menstruis mulieris
officiis mulier esse desistit, a dei maledictione fit libera. Nec est ad virum
conversio eius, sed e contrario vir subicitur ei, et domini ei voce precipitur: Omnia
quecumque dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Et sic incipiunt vacare orationi.
Quamdiu enim in coniugio debitum solvitur, orandi pretermittitur instantia. Nō nega-
mus viduas, nō negamus maritatas sanctas mulieres inveniri, sed
que uxores esse desierint, que in ipsa necessitate coniugii imitantur virginum
castitatem. Hoc enim quod apostolus breviter xpo in se loquente testatus est: Nupta co-
gitat que sunt mundi, quomodo placeat viro. Nobis fecit hic campum inge-
ingenue derelinquens. Neque enim [illegible] necessitatem imponit aut laqueum,
sed id quod honestum est suadet, volens omnes esse sicut seipsum. Et quidem dicere
tamen preceptum dni nō habeo, [illegible] ultra homines est, et quodammodo
impudens erat adversus naturam cogere, alioquin diceret vos esse sicut
angelos. Unde et virgo maioris est premii, quod id contemnit quod si fecerit
nō delinquit. Nichilominus in sequentibus infert: Consilium autem do, tamquam
misericordiam consecutus a domino ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter
instantem necessitatem, quia bonum est homini sic esse. Que est ista necessitas? Ve pregnan-
tibus et nutrientibus in illa die. Ideo silva succrescit ut postea succidatur.
Ideo ager seritur ut metatur. Iam plenus est orbis, terra nos nō capit.
Cotidie bella secant, morbi subtrahunt, naufragia absorbent, et
nichilominus de terminis litigamus. De hoc mundo sunt illi qui agnum sequuntur,
qui vestimenta sua nō coinquinaverunt. Virgines enim permanserunt.
[illegible] quid significet coinquinaverunt, ego nō audeo exprimere, ne
[illegible] calumnietur. Quod aut ais quasdam esse virgines taber[illegible]
ego tibi plus dico esse in his et adulteras. Et ut magis mireris, clericos esse
caupones et monachos impudicos. Quis nō statim intelligat nec
tabernariam virginem nec adulterum monachum nec clericum posse esse cau-
ponem. Numquid [illegible] virginitatis culpa est? [illegible] virginitatis [illegible]
[illegible] Ego autem ut proponis aliis pretermissis, ad [illegible] venias

me fictionis exacuant dentes. nescio an corpore, quod scio spiritu virgo non permanet.
Rhetoricati sumus et in morem declamatorum paululum lusimus. Tu nos hortandi
coegisti, qui iam evangelio coruscante eiusdem ut esse gloriae virginem et
maritatam. Et quia rebitos veritatis patiuntur adversarios, ut iam meo et
ad maledicta quaerunt. Solent enim et homo et mulier ubi fuerit, quorum digiti
male optant in angulis. Id dico, praeveniens, glorior in tua fore quia in
eodem quo maxime detraxisti ore me laceres. Et carminum facundiam, tunc
domini pariter expiatur et mater. Explicit.

Incipit epistola Ieronimi ad Vigilantium.

Iustum quidem fuerat nequaquam tibi litteris satisfacere, qui tuis auribus non
credidisti. Neque enim poteris credere scribenti, qui vivo sermoni non accommodasti fidem. Sed quia Christus nostri humilitatis exemplar se ipsum tribuit, et
osculum proditoris et latronis vitam in patibulo suscipiens, eadem igitur et
absens significo, quae in praesentia locutus sum. Ita me Origenem legisse et legere, sicut
Apollinarium et ceteros tractatores quorum in quibusdam libros ecclesia non recipit.
Non quo omnia dicam esse damnanda quae in illorum voluminibus continentur, sed quo
quaedam reprehendenda confitear. Verum quia operis mei est et studii multos
legere, ut ex plurimis diversos flores carpam, non tam probaturus omnia
quam quae bona sunt electurus, assumo multos in manum meam ut a multis multa cognoscam,
secundum illud quod scriptum est: Omnia legentes, quae bona sunt retinentes. Unde satis miror
te voluisse Origenis mihi obicere dogmata, cuius in plerisque errores usque
ad hanc aetatem penitus ignoras. Ego haereticus? Et cur me quaeso haeretici
non amant? Tu orthodoxus, qui contra sententiam tuam et ore mendaci aliud praedicaveras,
aut invitus subscripsisti et praevaricator es, aut volens et haereticus. Dimisisti
Aegyptum, cunctas provincias reliquisti in quibus sectam tuam libera
fronte defendunt, et elegisti me insectandum, qui omnia contra ecclesiae dogmata
publica voce condemno. Origenes haereticus. Quid ad me, qui illum in plerisque
haereticum non nego? Erravit de resurrectione corporis, erravit de animae statu,
de diaboli paenitentia, et quod his maius est, Filium et Spiritum sanctum
Seraphim esse testatus est. Si errasse eum non dicerem et haec cotidie non anathe
matizarem, essem erroris illius socius. Neque enim ita debemus bona eius recipere,
ut mala quoque cogamur suscipere. At idem et Scripturas in multis bene inter
pretatus est, et prophetarum obscura disseruit, et tam novi quam veteris revelavit

Revelavit maxima sacramenta. Ego quae bona sunt transtuli, et mala aut amputavi
aut correxi aut tacui. Arguendus sum cur per me latini bona eius habeant, et
ignorent mala? Si hoc crimen est, arguatur confessor Hilarius qui psalmorum interpre-
tationem et homilias in Iob ex libris eius id est ex graeco in latinum transtulit. Sit in
culpa eiusdem confessionis Vercellensis Eusebius qui omnium psalmorum commentarios
haeretici hominis vertit in nostrum eloquium, licet haeretica praetermittens optima quaeque
transtulerit. Taceo de Victorino Pictabionensi et ceteris qui Origenem in expla-
natione dumtaxat scripturarum secuti sunt et expresserunt, ne non tam me defen-
dere, quam socios criminis videar quaerere. Ad te ipsum veniam. Cur tractatus
eius in Iob descripseris, in quibus contra diabolum et de stellis caeloque disputans
quaedam locutus est quae ecclesia non recipit? Tibi soli licet [illegible]
[illegible] de graecis et latinis tractatoribus ferre sententiam, et quasi censoria vir-
ga alios eicere de bibliothecis, alios recipere, et cum tibi placuerit me vel catholicum
vel haereticum pronuntiare? Nobis non licebit perversa respuere et damnare quod
saepe damnavimus? Lege in epistolam ad Ephesios libros meos, lege cetera opuscula
mea, et maxime in Ecclesiasten commentarios, et liquido pervidebis me ab adole-
scentia numquam alicuius auctoritate detentum acquievisse haereticae pravitati. Non
parum est scire quod nescias. Prudentis hominis est nosse mensuram suam, nec
zelo diaboli concitatum, imperitiae suae cunctum orbem testem facere. Scilicet gloriari cupis
et in patria tua iactitas me non potuisse respondere eloquentiae tuae, et acumen
in te Chrysippi formidasse. Christiana verecundia teneor et cellulae meae latebras nolo
mordaci sermone laxare. Alioquin proferrem [illegible]
[illegible] ridiculos de nocte cantantium. Sed haec aliis aut loquenda
aut ridenda dimittam. Ego quasi christianus cum christiano loquens obsecro te, frater, ne plus
velis sapere quam sapis, ne vel innocentiam vel simplicitatem tuam vel certe ea quae tu
et tu non intelligis [illegible] stilo [illegible] contra te chartam
praebeas. Aliud a parvulo didicisti, aliis assuetus es disciplinis. Non est eiusdem
hominis et aureos nummos et scripturas probare, degustare vina et prophetas vel
apostolos intelligere. Me lacerans, sanctum fratrem Oceanum in culpam haereticorum vocas, tibi et
tibi Vincentii et Pauliniani et fratris Eusebii [illegible] displicet. Sanctus est
Oceanus Romani generis disertissimus, cum testimonio et prudentiae vel...
credi. Recordare, quaeso, illius diei, quo me de resurrectione et veritate corporis
praedicante, ex latere subsultabas et applodebas pede, et orthodoxum conclamabas.

Postquam navigare coepisti, et ad intimum cerebrum tuum sentinae putredo pervenit, tunc nos hereticos recordatus es. Quid faciam? Credidi sancti presbyteri Paulini epistolis, et illius super nomine tuo non putavi errare iudicium. Et licet statim accepta epistola [illegible] [illegible] sermonem tuum intelligerem, et tamen rusticitatem et simplicitatem magis in te arbitrabar quam vecordiam. Nec reprehendo sanctum virum. Maluit enim apud me dissimulare quod noverat, quam portitorem clientulum suum [illegible] accusare. Sed memet ipsum [illegible] qui [illegible] potius [illegible] in meo iudicio, et oculis [illegible] mentis, aliud scriptum credidi quam videbam. Cessa obtundere me [illegible] et voluminibus tuis [illegible] notarios [illegible] et [illegible] et sententiis, qui te adeo forsitan laudant, ut lucrum [illegible] facias. Si hoc oratorie [illegible] tradi te grammaticis atque rhetoribus. Disce dialecticam, sectis instruere philosophorum. Et cum omnia didiceris, saltem tunc tacere incipias. Quamquam stultum faciam, in hoc ipso omnium magistros quaerere, et cui modum imponere, qui loqui nescit et tacere non potest. Verum est illud apud Graecos proverbium: [illegible] [illegible] Ergo vox et nomen tibi [illegible] [illegible] [illegible] dormitas, et profundissimo non tam somno stertis quam lethargo. Inter ceteras [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] Anima quam assumpsit corpus Adam cum diabolo ante [illegible] cohibeat natum virginem, ut a monte, hoc est a diabolo, hominem [illegible] [illegible]. O praedicandum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in praesentiarum habeas quaestio non dicam catholicorum sed hereticorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Cum sperare ero similis altissimo. Age poenitentiam et sparso in pare et cinere, et tantum ... lacrimis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Quamquam post priorem epistolam, quam ante biennium dederam, [illegible] agas poenitentiam, [illegible] sanctissimum [illegible] [illegible] [illegible]

ut audias et taceas. ut intelligas et [illegible]

Incipit epistola beati Ieronimi ad Riparium presbiterum de [illegible]

Acceptis primum litteris tuis, non respondere superbie est. Respondere temeritatis. De his enim rebus interrogas, quas et proferre et audire sacri[illegible] [illegible] vocatur nomine nam dormitantius melius vel verius diceretur. os fetidum rursus aperire, et et pudorem spurcissimum contra sanctorum martirum proferre reliquias. Et nos qui eas sus[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ... potius pejorantur ... [illegible] non angelos, non archangelos, non seraphin [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] honoramus autem reliquias martirum, ut eum cuius sunt martires adoremus. [illegible] [illegible] Ergo [illegible] [illegible] [illegible] et omnium martirum basilicas [illegible] [illegible] [illegible] ydolatrie insignia [illegible] quod [illegible] [illegible] ut doleat. nec [illegible] caput, et perpetuo cerebrum, vel humor aliquando [illegible] subvertantur: Ergo et domini corpus in [illegible] [illegible] angelica [illegible] [illegible] atque sepulcro prebebant [illegible] [illegible] sompniaret, ymo eructaret in inmundissima crapula. Et in iuliano [illegible] ut destrueret, aut in templa converteret [illegible] [illegible] et non virga apostoli, et virga ferrea confringeret vas in [illegible]. et traderet in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat. [illegible] videbas furem et currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam [illegible]

In alio loco: In matutino interficiebam omnes peccatores terre, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem. [illegible] Nonne odientes te Domine oderam, et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos. Si non sunt honorande reliquie martyrum, quomodo legimus: Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius? Si ossa eorum polluunt attingentes, quomodo Heliseus mortuus mortuum suscitavit, et dedit vitam corpus quod iuxta legem pollutum erat? Ergo omnia castra Israelitici exercitus et populus Dei fuere immunda, quia Ioseph et patriarcharum corpora portabant in solitudine, et ad sanctam terram immunda ossa portabantur? Ioseph quoque, qui in typo precessit Domini, sceleratus fuit, qui tanta ambitione Iacob in Hebron ossa portavit, ut immundum patrem avo et atavo sociaret immundis, et mortuum mortuis copularet? O precidenda lingua a medicis, ymo insanum curandum caput, ut qui loqui nescit discat aliquando reticere. Ego vidi hoc aliquando portentum, et testimoniis Scripturarum quasi vinculis Hypocratis volui ligare furiosum. Sed abiit, excessit, evasit, erupit, et inter Hadrie fluctus Cottiique regis Alpes in nos declamando clamavit. Quicquid enim amens loquitur, vociferatio et clamor est appellandum. Facit me forsitan cogitatione reprehendere quod in absentem invehar. Fateor tibi dolorem meum: sacrilegium tantum patienter audire non possum. Legi enim zelotypiam Finees, austeritatem Helie, et zelum Symonis Cananei, Petri severitatem Ananiam et Saphiram trucidantis, Paulique constantiam, qui Elimam magum viis Domini resistentem eterna cecitate damnavit. Non est crudelitas pro Deo pietas. Unde et in lege dicitur: Si frater tuus et uxor que est in sinu tuo depravare voluerit a veritate, sit manus tua super eos, et effunde sanguinem eorum, et auferes malum de medio Israel. Iterum [illegible] immunde sunt reliquie? Et quid Paulus apostolus ait, ut tumulum Stephani cum tanta turbis ambitione prosequerentur, et facerent ei planctum magnum, ut illorum luctus in gaudium verteretur? [illegible] vigilias [illegible] fecit. [illegible] hoc vocabulum, qui vult dormire, Vigilantius, et non audiat Salvatorem dicentem: Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate et orate, ut non intretis in temptationem. Spiritus promptus, caro autem infirma. Et in alio loco propheta dicit: Media nocte surgebam, ut confiterer tibi super iudicia iustitie tue. Dominum in evangelio legimus pernoctasse [illegible]

clausos orare. vel non vigilasse. ut illis pro pollentibus terra quieverit.
custos ecclesie crederet. et magistratus et civitas terrerentur. Loquitur
paulus. orationi instate. vigilantes in ea. Et in alio loco. in vigiliis
frequenter. dormiat itaque Vigilantius et ab exterminatore egyptiorum cum
egyptiis dormiens suffocetur. Nos dicamus cum david, non dormitabit neque
obdormiet qui custodit israel, ut veniat ad nos sanctus et hir, qui interpretatur
vigil. Et si quando propter peccata nostra dormierit, dicamus ad eum
Exurge quid dormitas domine? Excitemus illum, et navicula fluctuante
clamemus magister salvos nos fac, perimus. Plura dictarem, nisi
epistolaris brevitas verecundie nobis terminum imponeret. et si mihi libros ipsius
ad nos voluisses mittere cantilenas ut scire possemus ad que rescribere
deberemus. Nunc autem aerem verberavimus et non tam illius infidelitatem
a nivibus pater quam nostram fidem aperuimus. Ceterum si voluerit longiorem nos
adversus eum librum scribere, mitte nenias illius et ineptias. ut Ioannem
baptistam audiat predicantem. Iam securis ad radices arborum posita est.
Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur.

Explicit. Incipit liber sancti Ieronimi adversus Vigilantium.

Multa in orbe monstra generata sunt. Centauros et sirenas
ululas et onocrotalos in ysaia legimus. Iob leviathan et behemoth.
mistico sermone describit. Cerberum et stimphalidas, aprumque erimanthium
et leonem nemeum. chimeram atque ydram multorum capitum narrant
fabule poetarum. Cacum describit virgilius. triformem gerionem hyspanie
prodiderunt. Sola gallia monstra non habuit, sed viris semper fortibus et eloquentissimis
abundavit. Exortus est subito Vigilantius seu verius dormitantius
qui immundo spiritu pugnet contra christi spiritum. et martirum neget sepulchra vene-
randa. damnandas esse vigilias dicat. numquam nisi in pascha alleluia cantandum.
continentiam, heresim, pudicitiam libidinis seminarium. Et quomodo Euphor-
bus in pythagoram renatus esse perhibetur. sic in isto Ioviniani mens prava
surrexit. ut et in illo et in hoc diaboli respondere cogamur insidiis. Cui
iure dicetur, semen pessimum para filios tuos occisioni peccatis patris
tui. Ille romane ecclesie auctoritate damnatus inter fasides aves et carnes suillas
non tam emisit spiritum quam eructavit. Iste caupo calagurritanus et in perversum
propter nomen viculi mutus quintilianus miscet aquam vino. Et de artificio

pessimo sue venena perfidie catholice fidei sociare conatur. Impugnat virginitatem
odisse pudiciciam, in convivio secularium, contra sanctorum jeiunia proclamat. dum inter phialas
philosophatur, et ad placentas liguriens, psalmorum modulatione mul
cetur, ut tantum inter epulas David et Ydithun, Asaph, et filiorum Chore, cantica audire
dignetur. Hec dolentis magis effudi animo quam ridentis, dum me cohibere non possum
et iniuriam apostolorum ac martyrum surda nequeo aure transire. Pro nephas, episcopos
sui dicitur sceleris habere consortes, si tamen episcopi nominandi sunt, qui non ordinant diaco
nos nisi prius uxores duxerint. Nulli celibi credentes pudiciciam, ymo ostendentes
quam sancte vivant qui male de omnibus suspicantur, et nisi pregnantes uxores viderint
clericorum, infantesque de ulnis matrum vagientes, Christi sacramenta non tribuunt.
Quid facient orientis ecclesie, quid Egypti et sedis apostolice, que aut vir
gines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint mariti [illegible]
desistunt. Hec docuit dormitancius libidinis frena permittens, et
naturalem carnis ardorem, qui in adolescentia plerumque fervescit, [illegible]
tantibus duplicans, immo extinguens coitu feminarum, ut nichil sit quo distemus
a porcis, quo differamus a brutis animantibus, quo ab equis [illegible]
est. [illegible] in feminas facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui
hinniebat. Hoc est quod loquitur per David spiritus sanctus. Nolite fieri sicut equus et
mulus, in quibus non est intellectus. [illegible]
In freno et camo maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. [illegible]
[illegible] ut ipsius verba ponentes, ad singula respondere nitamur. Fieri enim potest
ut rursum malignus interpres dicat fictam a me materiam, cui rhetorica decla
matione responderem, sicut illa quam scripsi ad Galliam, inter matrem et filiam
discordantes. [illegible] Riparius
et Desiderius [illegible] qui parochias suas [illegible]
[illegible] per fratrem Sisinnium [illegible] evomuit
[illegible] qui favent vitiis suis, illius blasphe
miis acquiescunt. Est quidem imperitus et verbis et [illegible]
[illegible] non potest defendere. [illegible] et mulieres [illegible]
[illegible] et nunc ad [illegible]
[illegible] ne nos [illegible]
[illegible] ad litteras respondisse. Nimirum respondere [illegible]
[illegible]

Pompeius edomita hispania et ad triumphum redire festinans de pyrenei
iugis deposuit et in unum congregavit unde et convenarum urbs nomen accepit
[illegible] huc usque latrocinatur contra ecclesiam dei et de [illegible] arrebacis celtiberisque
descendens incurrit galliarum ecclesias portatque nequaquam vexillum christi sed
insigne diaboli. Fecit hoc idem pompeius et in oriente ut [illegible] piratis latronibus
et [illegible] superatis sui nominis inter ciliciam et [illegible]
[illegible] hec urbs hodie servat scita maiorum et nullus in ea
ortus est dormitantius. gallie vernaculum hostem sustinent et hominem moti
capitis atque ypocratis vinculis alligandum sedentem cernunt in ecclesia et inter
cetera verba blasphemie ista quoque dicentem. Quid necesse est tanto honore non solum
[illegible] sed etiam adorare illud nescio quid quod in modico vasculo transferens
colis. Et rursum in eodem libro. Quid pulverem linteamine circumdatum
adorando osculatis. et in consequentibus. prope ritum gentilium videmus sub pre-
textu religionis introductum in ecclesiis sole adhuc fulgente moles cereorum
[illegible] et ubicumque pulvisculum nescio quod in modico vasculo pretioso lintea-
mine circumdato osculantes adorant. Magnum honorem prebent huiusmodi
homines beatissimis martiribus quos putant de vilissimis cereolis illu-
strandos quos agnus qui est in medio throni cum omni fulgore maiesta-
tis illustrat. Quis enim o insanum caput aliquando martires adoravit? quis
hominem putavit deum? Nonne paulus et barnabas cum a licaonibus
iupiter et mercurius putarentur et eis vellent hostias ymolare sciderunt
vestimenta sua et se homines dixerunt? non quod meliores non essent mortuis
hominibus iove atque mercurio sed quod sub gentilitatis errore honor eis deo
debitus deferretur. Quod et de petro legimus qui cornelium se adorare cupientem
[illegible] manu sublevavit et dixit. Surge nam et ego homo sum. Et audes
dicere illud nescio quid quod in modico vasculo transferens colis. Quid est illud
nescio quid? scire desidero. Expone manifestius ut tota libertate blas-
-phemes. Pulvisculum ait nescio quod in modico vasculo pretioso linteamine circum-
-datum. Dolet martirum reliquias pretioso operiri velamine et non vel
pannis vel cilicio colligari vel proici in sterquilinium ut solus vigilantius
ebrius et dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus quando apostolorum basi-
licas ingredimur? Sacrilegus fuit constantius imperator [illegible] qui sanctas
reliquias andree luce et timothei transtulit constantinopolim [illegible]

demones rugiant, et habitatorem uigilantii diabolum se sentire presentem...
sacrilegus dicendus est et nunc augustus archadius qui ossa beati samuelis longo
post tempore de iudea transtulit in traciam. omnes episcopi non solum sacrilegi sed fatui
iudicandi qui rem uilissimam et cineres dissolutos in serico et uase aureo
portauerunt. stulti omnium ecclesiarum populi qui occurrerunt sanctis reliquiis et tanta
letitia quasi presentem uiuentemque prophetam cernerent susceperunt. ut de palestina usque
calcedonem iungerentur populorum examina, et in christi laudes una uoce reso
narent. uidelicet adorabant samuelem et non christum. cuius samuel et leuita
et propheta fuit. mortuum suspicaris et idcirco blasfemas. lege euangelium
deus abraham deus ysaac deus iacob. non est deus mortuorum sed uiuorum. si ergo
uiuunt honesto iuxta te carcere non clauduntur. ais enim uel in sinu abrahe
uel in loco refrigerii uel subter aram dei animas apostolorum et martirum consedisse
nec posse de suis tumulis et ubi uoluerint adesse presentes. senatorie uidelicet di
gnitatis sunt. ut non inter homicidas teterrimo carcere sed in libera honestaque
custodia in fortunatorum insulis et campis eliseis recludantur. tu deo leges
pones. tu apostolis uincula inicies. ut usque ad diem iudicii teneantur custodia.
nec sint cum domino suo de quibus scriptum est. sequuntur agnum quocumque uadit.
si agnus ubique. ergo et hii qui cum agno sunt ubique esse credendi sunt. et cum diabolus
et demones toto uagentur in orbe et celeritate nimia ubique presentes sint
martires post effusionem sanguinis sui ara operientur inclusi. et inde exire
non poterunt. dicis in libello tuo quod dum uiuimus mutuo orare possumus. post
quam mortui fuerimus. nullius sit pro alio exaudienda oratio. presertim cum martires
ultionem sui sanguinis obsecrantes impetrare nequiuerint. si apostoli
et martires adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris quando de se adhuc
debent esse solliciti quanto magis post coronas uictorias et triumphos.
unus homo moyses sescentis milibus armatorum impetrat a deo ueniam. et
stephanus imitator domini sui et primus martir in christo pro persecutoribus ueniam
deprecatur. et postquam cum christo esse ceperint minus ualebunt. paulus apostolus
ducentas septuaginta sex sibi dicit in naui animas condonatas. et postquam resolutus esse cepit cum christo
tunc ora clausurus est. et pro his qui in toto orbe ad suum euangelium credi
derunt mutire non poterit. meliorque erit uigilantius canis uiuens
quam ille leo mortuus. recte hoc de ecclesiaste proferrem. si paulum in spiritu mortuum
confiterer. denique sancti non appellantur mortui sed dormientes. unde et lazarus

qui repromissionis erat, dormisse prohibetur. Et apertius venit Thessalonicenses de
dormientibus consolatur. Tu vigilans dormis, et dormiens scribis et proponis mihi
librum apocryphum, qui sub nomine Esdre a te et similibus tuis legitur. Ubi scriptum est
quod post mortem nullus pro aliis audeat deprecari. Quem ego librum numquam legi.
Quid enim necesse est in manus sumere quod ecclesia non recipit? nisi forte balsamum mihi et
Barbelum, et thesaurum Manichei, et ridiculum nomen Leusiborae proferas. Et
quia ad radices Pyrenei habitas, vicinusque es Hiberie, Basilidis antiquissimi heretici
et imperite scientie incredibilia portenta prosequeris, et proponis quod totius
orbis damnatur. Nam in commentariolo tuo quasi pro te faciens de Salomone sumis
testimonium, quod Salomon omnino non scripsit, ut qui habes alterum Esdram habeas
et alterum Salomonem. Et si tibi placuerit, legito fictas revelationes omnium patri-
archarum et prophetarum. Et cum illas didiceris, inter mulierum textrina cantato,
immo legendas propone in tabernis tuis, ut facilius per has nenias vulgus
indoctum provoces ad bibendum. Cereos autem non clara luce accendimus,
sicut frustra calumniaris, sed ut noctis tenebras hoc solatio temperemus
et vigilemus ad lumen, ne tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui per imperitiam
et simplicitatem secularium hominum, vel certe religiosarum feminarum, de quibus
vere possumus dicere: Confiteor zelum Dei habent, sed non secundum scientiam, hoc pro honore
martyrum faciunt, quid inde perdis? Causabantur quondam et apostoli quod periret
unguentum, sed Domini voce correpti sunt. Neque enim Christus indigebat unguento,
nec martyres lumine cereorum. Et tamen illa mulier in Christi honorem hoc fecit, de-
votioque mentis eius recipitur. Et quicumque accendunt cereos secundum fidem suam habent
mercedem, dicente apostolo: Unusquisque in suo sensu abundet. Idolatras appellas
huiusmodi homines? Non diffiteor omnes nos qui in Christo credimus de ydolatrie errore.
Non nascimur enim, sed renascimur christiani. Et quia quondam colebamus ydola, /
nunc Deum colere non debemus, ne simili eum videamur cum ydolis honore vene-
rari? Illud fiebat ydolis, et ideo detestandum est; hoc fit martyribus, et
ideo recipiendum est. Nam et absque martyrum reliquiis per totas orientis ecclesias
quando legendum est evangelium accenduntur luminaria iam sole rutilante,
non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum letitie demonstrandum. Unde
et virgines ille evangelice semper habent accensas lampades suas. Et ad apostolos
dicitur: Sint lumbi vestri accincti, et lucerne ardentes in manibus vestris.
Et de Iohanne baptista: Ille erat lucerna ardens et lucens. Ut sub

— corporalis illa lux ostendebatur, de qua in psalterio legimus: lucerna pe-
dibus meis verbum tuum et lumen semitis meis. Male facit ergo episcopus Romanus, qui super mortuorum
Petri et Pauli, secundum nos ossa veneranda, secundum te vilem pulvisculum, offert domino
sacrificia, et tumulos eorum Christi arbitratur altaria? Et non solum unius urbis, sed
totius orbis errant episcopi, qui cauponem Vigilantium contemnentes ingrediuntur
basilicas mortuorum, in quibus pulvis vilissimus et favilla nescio qua iacet,
in linteamine colligata, ut polluta omnia polluat, et quasi sepulchra phari-
— saica foris dealbata sint, cum intus immunda habeant sordes. Et post haec
de gutture tenebroso suo spurcitiam evomens, audet dicere: Ergo
cineres suos amant anime martirum, et circumvolant eos, semper-
que presentes sunt, ne si forte aliquis precator advenerit, absentes audire
non possint. O portentum in terras ultimas deportandum. Rides de reli-
quiis martirum, et cum auctore huius heresis nomine Eunomio ecclesiis
Christi calumniam struis, nec tali societate terreris, ut eadem contra nos loquaris
que ille contra ecclesiam loquitur. Omnes enim sectatores eius basilicas apostolorum et martirum
non ingrediuntur, ut scilicet mortuum adorent Eunomium, cuius libros maioris
auctoritatis arbitrantur quam evangelia, et in eo credunt lumen
veritatis, sicut alii heretici Paracletum in Montanum venisse contendunt,
et Manicheum ipsum dicunt esse Paracletum. Exhibit adversum heresim tuam que olim
erupit contra ecclesiam, ne et in hoc quasi repertor novi fallaris glorieris. Ter-
tullianus vir eruditissimus volumen insigne, quod Scorpiacum vocat rectissimo
nomine, quia arcuato vulnere in ecclesie corpus venena diffundit. Que
appellabatur Caina heresis, et multo tempore dormiens vel sepulta nunc
a Dormitantio suscitata est. Miror quod non dicas nequaquam perpetranda
martiria, cum deus qui sanguinem taurorum hircorumque non quereat,
multo magis hominum non requirat. Quod cum dixeris, immo et si non dixeris,
ita habebitur quasi dixeris. Qui enim reliquias martirum asseris esse calcandas, pro-
hibes sanguinem fundi, qui nullo honore dignus est. De vigiliis et per-
noctationibus in basilicis martirum sepe celebrandis in altero libro, quem
ante ferme biennium sancto Ripario presbytero scripsimus, respondi breviter.
— Si ideo eas estimas respuendas, ne sepe videamur Pascha celebrare
et non sollemnes post annum exercere vigilias, ergo et die dominico non sunt deo
offerenda sacrificia, ne resurrectionis domini crebro Pascha celebremus et

Inclinamus nō tamen peccabis ꝗ puerima. Erro aut̄ [illegible] in nocte [illegible]
fornacium mulierum qui precantes [illegible] de phenice nō est religiosus inter
reputandus. qz in vigiliis paschalis aliquid fit plerumqz minime. et cū
[illegible] culpa nō [illegible] religionem. qui omē vigilias vellent orare
ut in [illegible] ut in [illegible] domibus. Ubi [illegible] fides inde [illegible] nō destruxit. Et [illegible]
ergo vigilias male aliorum vigilie nō destruent. [illegible] vigilias
[illegible] qui [illegible] dormiunt. Quod [illegible] fuerit [illegible] est nō [illegible]
malū esse. si frequentius fiat. dum si alia [illegible] est. nō ex eo qz sepe [illegible]
ex eo quod fit aliquādo culpabile est. Non vigilent itaqz diebus paschalibus [illegible]
[illegible] adultorum desideria [illegible] ne orationes [illegible] uxor [illegible]
ne [illegible] nō posset [illegible]. Ardentius appetitur quicquid est [illegible]
nō possum vniversa percurrere [illegible] litterē [illegible] delicate [illegible]
aliquid [illegible]. Argumētantur ꝗ signa, atqz q̄ in baptismo [illegible] fiunt, et
dicit eas incredulis [illegible] nō [illegible] quērat [illegible] fiant et
[illegible] qua [illegible] sunt. Cū ergo signa sint infidelium. [illegible] et doct
[illegible] credere noluerunt. signis adducantur ad fidē. Et dominus [illegible]
[illegible] faciebat. Et tamen nō [illegible] [illegible] qz illi infideles
erant. [illegible] admirati erant. qz [illegible] fuerit potentie [illegible]
[illegible] et ad fide [illegible]. [illegible] nolo in [illegible]
infideles sunt. ꝗ Respondi quomodo [illegible] et familia nemo
qua tamen sit [illegible] [illegible]. [illegible] infelicissime [illegible]
[illegible] quid doleas. quid timeas. [illegible] qui [illegible]
[illegible] sepe [illegible] est [illegible] imo [illegible] torquentur.
et qui in [illegible] dissimulat [illegible]. Nisi forte [illegible]
[illegible] porphirii [illegible] demoniacis
et [illegible]. et nō [illegible] demonis [illegible] tormenta.
[illegible] ingreditur [illegible] et [illegible] fabricio. [illegible]
[illegible] multos [illegible] et [illegible] supplicat. [illegible]
[illegible] impossibilitatis [illegible] et [illegible] quod [illegible] et
[illegible] loqueris. [illegible] et [illegible]
[illegible] numerum [illegible] aut [illegible] plauti amphitruonis.
quo dormiente [illegible] adultero [illegible] noctis [illegible]
ut [illegible] fortitudinis herculis nascetur [illegible]

obscuritate et contemptu ex numero dormientium et somno liquentior fuerat
et spumator lagene. Effrenatis oculis vinum et post vinum cum tubicine
tintinnoniis, noctis medio omnem de somno exterruit. Tu prudentissime
et sapientissime mortalium nudus orabas et referebas nobis Adam
et Evam de paradiso. Et illi quidem apertis oculis erubuerunt nudos se esse
cernentes, et verenda texerunt arborum foliis. Tu et tunica et fide nudus,
subitoque timore perterritus et aliquid habens nocturne crapule, sancti
omnis obscenam partem corporis ingerebas ut tuam iudicares prudentiam.
Tales habet adversarios ecclesia: hi duces pro martyrum sanguine dimicant.
Huiuscemodi oratores contra apostolos perorant, immo tam rabidi canes contra Chri-
sti latrant discipulos. Ego confiteor timorem meum, et forsitan de supersti-
tione descendat. Quando iratus fuero et aliquid mali in meo animo
cogitavero et me nocturnum fantasma deluserit, basilicas martyrum
intrare non audeo. Ita totus et animo et corpore pertremisco. Rideas
forsitan et muliercularum deliramenta subsannes. Non erubesco earum
fidem que primae viderunt dominum resurgentem, que mittuntur ad apostolos, que
in matre domini salvatoris sanctis apostolis commendantur. Tu ructato cum
secularibus hominibus, ego ieiunabo in feminis, immo cum religiosis viris qui pudi-
ciciam vultu preferunt et pallida iugi continentia ora portantes Christi
ostendunt verecundiam. Videris mihi dolere et aliud: ne si inoleverit apud
Gallos continentia et sobrietas atque ieiunium, taberne tue lucra non
habeant, et vigilias diaboli ac temulenta convivia tota nocte exer-
cere non possis. Preterea hisdem ad me relatum est epistulis quod contra auctoritatem
apostoli Pauli, immo Petri, Iohannis et Iacobi, qui dexteras dederunt Paulo
et Barnabe communicationis, et preceperunt eis ut pauperum memo-
res essent, tu prohibeas Ierosolimam in usus sanctorum aliqua sumptuum
solatia dirigi. Videlicet si ad haec respondero, latrare incipias me meam
causam agere, qui tantam cunctis largitatem donasti ut nisi venisses Iero-
solimam et tuas vel patronorum tuorum pecunias effudisses, omnes
periclitaremur fame. Ego hoc loquor quod beatus apostolus Paulus in
cunctis pene epistulis suis loquitur et precepit in ecclesiis gentium ut per unam
sabbati, hoc est die dominico, omnes conferre debeant que Ierosolimam in sanctorum
solatia dirigantur, et vel per discipulos suos vel per quos ipsi probaverint. Et

Adiciam

si dignum fuerit, ipse aut dirigat aut perferat ad [illegible]
[illegible] post annos aut plures. Elemosinas
[illegible] et oblationes et vota, in quibus invenerunt
[illegible]
[illegible] ab [illegible] videre [illegible]
in sanctis pauperibus dare cupiebat, qui suas pro Christo facultates relin-
quentes, ad domini servitutem tota mente conversi sunt. Longum est nunc
si de omnibus epistolis eius omnia testimonia revolvere voluero, in quibus hoc
agit, et tota mente festinat, ut Ierosolimam et ad sancta loca credentibus
pecunia [illegible]. Non ad avaritias
congregandas, sed ad imbecillitatem corpusculi sustentandam et frigus atque
inediam declinandam. Hac in Iudea usque hodie perseverante consuetudine, non
solum apud nos, sed et apud hebreos, ut qui in lege domini meditantur
die et nocte et partem non habent in terra nisi solum deum, synagogarum et totius
orbis foveantur ministeriis, ex equalitate dumtaxat, non ut aliis refrigerium
et aliis tribulatio, sed ut aliorum abundantia aliorum sustentet inopiam.
[illegible] nec pauperes [illegible]
[illegible] sustentandi [illegible]. Nec nos negamus cunctis pauperibus etiam
iudeis et samaritanis, si tanta sit largitas, stipes porrigendas. Sed
apostolus docet faciendam quidem ad omnes elemosinam, sed maxime ad domesticos
fidei. De quibus et salvator in evangelio loquebatur: facite vobis amicos de
mammona iniquitatis, qui vos recipiant in eterna tabernacula. Numquid isti pau-
peres, inter quorum pannos et illuviem corporis flagrans libido dominatur, possunt ha-
bere eterna tabernacula, qui nec presentia possident nec futura? Non enim simpliciter
pauperes, sed pauperes spiritu beati appellantur, de quibus scriptum est: Beatus qui
intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum dominus. In vulgi pauperibus
sustentandis nequaquam intellectu sed elemosina opus est. In sanctis pauperibus
beatitudo est intelligentie, ut ei tribuat qui erubescit accipere, et cum acceperit
dolet, metens carnalia et seminans spiritualia. Quod autem asserit melius eos
facere qui utantur rebus suis et paulatim fructus possessionum pauperibus
dividant, quam illos qui possessionibus venundatis semel omnia largiantur,
non a me ei, sed a domino respondebitur: Si vis perfectus esse, vade et vende
omnia que habes et da pauperibus, et veni, sequere me. Ad eum [illegible]

qui vult esse perfectus, qui cum apostolis patrem, naviculam et rete dimittit.
Illum [illegible] et in laude. Si indiges [illegible] tradiderit. Quod et nos facimus
dummodo sciamus prima secundis et tertiis preferenda. Nec a nostro studio monachi
deterrendi sunt a te lingua vipere et morsu sevissimo, de quibus argumentaris
et dicis: Si omnes se recluserint et fuerint in solitudine, quis celebrabit ecclesias?
Quis seculares homines lucrifaciet? Quis peccantes ad virtutes poterit cohortari?
Hoc enim modo si omnes tecum fatui sint, sapiens esse quis poterit? Et virginitas non erit
approbanda. Si enim omnes virgines fuerint, nuptie non erunt. Interibit
humanum genus. Infantes in cunis non vagient. Obstetrices absque mercedibus
mendicabunt. Et grandissimo rigore solus atque contractus Dormitantius vigi-
labit in lectulo. Rara est virtus, nec a pluribus appetitur. Atque utinam hoc
omnes essent quod pauci sunt, de quibus dicitur: Multi vocati, pauci electi. Et vacui essent
carceres. Monachus autem non doctoris habet sed plangentis officium, qui vel se
et mundum lugeat, et Domini pavidus prestoletur adventum. Qui sciens
imbecillitatem suam et vas fragile quod portat timet offendere, ne impingat
et corruat atque frangatur. Unde et mulierum maximeque adolescen-
tularum vitat aspectum, et in tantum castigator sui est, ut etiam que tuta sunt
pertimescat. Cur inquies pergis ad heremum? Scilicet ut te non audiam, non
videam, ut tuo furore non movear, ut tua bella non patiar, ne me capiat
oculus meretricis, ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Re-
spondebis: Hoc non est pugnare sed fugere. Sta in acie, adversariis armatus
obsiste, ut postquam viceris coroneris. Fateor imbecillitatem meam. Nolo spe pu-
gnare victorie, ne perdam aliquando victoriam. Si fugero, gladium devitavi. Si
stetero, aut vincendum michi est aut cadendum. Quid autem necesse est certa
dimittere et incerta sectari? Aut scuto aut pedibus mors vitanda est. Tu qui
pugnas et superari potes et vincere. Ego cum fugio non vincor. Fateor quod fugio,
sed ideo fugio ne vincar. Nulla securitas est vicino serpente dormire. Potest
fieri ut me non mordeat, tamen potest fieri ut aliquando me mordeat. Matres
vocamus sorores et filias, et non erubescimus vitiis nostris nomina pietatis
obtendere. Quid facit monachus in cellulis feminarum? Quid sibi volunt
sola et privata colloquia et arbitros fugientes oculi? Sancta dilectio impa-
tientiam non habet. Quod de libidine diximus, referamus ad avaritiam et ad
omnia vitia que vitantur solitudine. Et idcirco urbium frequentias declinamus

ne facere compellamur, que nos non tam natura cogit quam voluntas. Hec ut dixi
sanctorum patrum Beati unius noctis lucubratione dictavi festinante admodum
sancto presbitero et apud fratrem Efigenia egyptum me properante. Alioquin et ipsa
materia apertam habuit blasfemiam, que indignationem magis scribentis quam
testimoniorum multitudinem flagitaret. Et si dormitantem in me Vigilantius maledicta
vigilaverit et eodem ore blasfemo quo apostolos et martires lacerat, etiam me
putaverit detrahendum, huic nequaquam illi brevi lucubratiuncula, sed tota nocte
vigilabo, et sociis illius immo discipulis et magistris, qui nisi tumentes viros viderint
feminarum maritos earum ministerio altaris indignos.

Explicit liber adversus vigilantium.
Incipit epistola eiusdem ad magnum oratorem urbis Rome.

Sebesium nostrum tuis monitis profecisse non tam epistola tua quam ipsius penitudine
didicimus. Et mirum in modum plus correptus placuit quam erraverat offendit. Certaverunt
inter se indulgentia parentis et filii pietas, dum alter preteritorum
non meminit, alter in futurum se officia pollicetur. Unde mutuo nobis congratulandum
est, cum nos filium recepimus, tu discipulum conservasti. Quod autem queris in calce
epistole, cur in opusculis nostris secularium litterarum interdum ponamus exempla
et candorem ecclesie ethnicorum sordibus polluamus, breviter responsum habeto.
Numquam hoc quereres, nisi te totum Tullius possideret, si scripturas sanctas legeres,
si interpretes earum omisso Vulcatio evolveres. Quis enim nesciat et in Moyse et
prophetarum voluminibus quedam assumpta de gentilium libris, et Salomonem philosophis
Tyri et proposuisse nonnulla, et alia respondisse. Unde in exordio proverbiorum
commonet, ut intelligamus sermones prudentie, versutiasque verborum, parabolas,
et obscurum sermonem, dicta sapientium et enigmata, que proprie dialecticorum
et philosophorum sunt. Sed et Paulus apostolus in epistola ad Titum Epimenidis poete abusus
versiculo est: Cretenses semper mendaces, male bestie,
ventres pigri. Cuius heroici hemistichium postea Callimachus usurpavit.
Nec mirum si apud latinos metrum non servetur ad verbum [illegible]
[illegible] eadem lingua versus in prosam vix coheret. In alia quoque epistola
Menandri ponit senarium: Corrumpunt bonos mores confabulationes
pessime. Et apud athenienses in martis curia disputans, Aratum testem
vocat: Ipsius enim et genus sumus, quod grece dicitur [illegible]
[illegible] et est clausula versus heroici. Ac ne parum hoc esset, ductor

xriani exercitus et orator invictus pro xpo causam agens etiam inscriptionem fortui
tam arte torquet in argumentum fidei. Didicerat enim a vero David extorquere de
manu hostium gladium et Goliae superbissimi caput proprio mucrone truncare. Legerat in Deuteronomio Domini voce praeceptum mulieris captivae radendum caput supercilia omnes pilos et ungues corporis amputandos et sic eam habendam in coniugio. Quid ergo mirum si et ego sapientiam saecularem propter eloquii venustatem et membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israhelitin facere cupio et si quidquid in ea mortuum est idolatriae voluptatis erroris libidinum vel praecido vel rado et mixtus purissimo corpori vernaculos ex ea genero Domino Sabaoth. Labor meus in familiam xpi proficit. Stuprum in alienam auget numerum conservorum. Osee accepit uxorem filiam Debelaim id est dulcedinum et nascitur ei de meretrice filius Iezrahel qui vocatur semen Dei. Ysaias novacula acuta barbam et crura peccantium radit. Et Ezechiel in typo fornicantis Ierusalem tondet caesariem suam ut quidquid in ea absque sensu et vita est auferatur. Cyprianus vir eloquentia pollens et martyrio Firmiano narrante mordetur cur adversus Demetrianum scribens testimoniis usus sit prophetarum et apostolorum quae ille ficta et commenticia esse dicebat et non potius philosophorum et poetarum quorum auctoritati ut ethnicus contraire non poterat. Scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius. Priori Origenes alteri Methodius Eusebius et Apollinaris fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros. Methodius usque ad decem milia procedit versuum. Eusebius et Apollinaris xxv et xxx volumina condiderunt. Lege eos et invenies nos comparatione eorum imperitissimos et post tanti temporis otium vix quasi per somnium quod pueri didiceramus recordari. Iulianus Augustus septem libros in expeditione Parthica adversum xpianos evomuit. Si contra hunc scribere tentavero puto interdices mihi ne rabidum canem philosophorum et stoicorum doctrinis id est Herculis clava repercutiam. Quamquam Nazaraeum nostrum et ut ipse solebat dicere Galilaeum statim in proelio senserit et mercedem linguae putidissimae conto ilia perfossus acceperit. Iosephus antiquitatem approbans iudaici populi duos libros scribit contra Appionem Alexandrinum grammaticum et tanta saecularium profert testimonia ut mihi miraculum subeat quomodo vir Hebraeus et ab infantia sacris litteris eruditus cunctam Graecorum bibliothecam evolverit. Philonem quid loquar quem vel alterum vel iudaeum Platonem critici pronuntiant. Curram per singulos.

Quadratus apostolorum discipulus et atheniensis ecclesie pontifex nonne adri-
ano principi eleusine sacra invisenti librum pro nostra religione tradidit, et
tante admirationi omnibus fuit ut persecutionem gravissimam illius excellens
sedaret ingenium. Aristides philosophus vir eloquentissimus eidem principi
apologeticum pro christianis obtulit contextum philosophorum sententiis quem imitatus
postea iustinus et ipse philosophus antonino pio et filiis eius senatuique
librum contra gentes tradidit, defendens ignominiam crucis et resurrectionem christi
tota predicans libertate. Quid loquar de militone sardensi episcopo,
quid de apollinare ecclesie sacerdote, dionisioque corinthiorum episcopo, et tatiano
et bardisane et hireneo photini martyris successore, qui origines heresium
singularum et ex quibus philosophorum fontibus emanarint multis
voluminibus explicaverunt. Pantenus stoice secte philosophus ob precipue
eruditionis gloriam a demetrio alexandrie episcopo missus est india, ut christum
predicaret apud brachmanas et illius gentis philosophos. Clemens
alexandrine ecclesie presbyter meo iudicio omnium eruditissimus octo scripsit stro-
matum libros, et totidem ypotiposeon, et alium contra gentes, pedagogi
quoque tria volumina. Quid in illis indoctum, immo quid non de media philosophia est?
Hunc imitatus origenes x scripsit stromatheas, christianorum et philosopho-
rum inter se sententias comparans, et omnia nostre religionis dogmata de platone et
aristotele, numenio cornutoque confirmans. Scripsit et miltiades contra
gentes volumen egregium. Ypolitus et apollonius romane urbis senator
propria opuscula condiderunt. Extant et iulii africani libri qui temporum
historias, et theodori qui postea gregorius appellatus est, viri apostolicorum signorum atque
virtutum, et dionisii alexandrini episcopi, anatholii quoque laodicene ecclesie sacerdotis,
nec non presbiterorum pamphili, pierii, luciani, malchionis, eusebii quoque emiseni et
triphylii cyprii et asterii scythopolite ac serapionis confessoris, titi bostrensis
episcopi, cappadocumque basilii, gregorii, amphilochii, qui omnes in tantum philosophorum
Superquo quid tibi videretur [illegible] quod Rufinus olim [illegible] me [illegible] libellum quem sancte memorie Anastasio episcopo Romane urbis dedit in quo lubrica et subdola immo stulta confessione [illegible] auditorum [illegible] illudere nititur sue fidei immo perfidie illusit.

Augustinus.

Quod in libro adversus Rufinum scripsisti quosdam sicut pie calumniari

quo deum dare animas adulterinis conceptibus uideatur indignum. Sed conantur
astruere mentis gesta ante corpus uite animas qui ad ergastula huiusmodi meru-
isse perducta. Non me mouet multa cogitantes quomodo hec possit calumnia
refutari. Et quippe respondi non esse meum semente in furto concepte dicatur
esse sublatum. Sed ideo cum frumenta furatus est nec ideo terram non debuisse
gremio suo semina confouere quia sator immundus ea proiecit manu elegan-
tissima similitudo est. Quam et antequam legisses nullas in doctrina ista de adul-
terinis fetibus. In hac questione fecerat angustias, generaliter inuenimus bona mul-
ta deum facere ... de nostris malis peccatisque nostris. Animalis autem cuiuscumque
creatio si habeat prudentes piosque consideratores ineffabiles laudes creatori
commendat. Quanto magis creatio non cuiuslibet animalis sed hominis. Si autem
causa creandi queratur, nulla citius et melius respondetur. nisi quia omnis
creatura bona est. et quid dignius quam ut bona faciat bonus deus quem nemo
potest facere nisi deus? Hec et alia que possum contra uel pro isto aduersus
eos qui hanc opinionem qua uidimus ... sicut illa uena singulis
dei labefactare conantur. Jeronimus.

Antonius orator egregius in cuius laudibus tullius personat. Dixit se
audisse multos. eloquentem adhuc neminem. Non est michi ora-
tor ... pueros
... pauos solent inuenire ...
aures decipere. sed simpliciter dic quid sentias.

Augustinus.

Cum ad penam uentum est paruulorum, magnis mihi crede coartor
angustiis nec quid respondeam prorsus inuenio. Non solum eas penas
dico quas post hanc uitam illa damnatio quo necesse est trahatur si de corpore
exierint sine christiane gratie sacramento. sed eas ipsas que in hac uita
... enumerare si uelim ... tem-
pus ... nobis ... ante oculos ... angore dolorum
... exempla deficiant. languescunt egritudinibus, torquentur doloribus
fame et siti cruciantur debilitantur membris priuantur sensibus
uexantur ab immundis spiritibus. demonstrandum est utique quomodo ista sine
ulla sua mala causa iuste patiantur. Non enim dici fas est. aut ista
ignorante deo fieri. aut cum non posse resistere facientibus. aut iniuste
ista uel facere uel permittere. Jeronimus.

Diuersis testimoniis comprobatur eadem ... in ...

prestigias quibus unum eundemque hominem rerum varietate mutata in marte
veneremque producunt. Hec qui prius rigidus et truculentus incessat postea
[illegible] in mulierem formari.

¶ Augustinus.

Cum te invitum scripsero, nichil aliud quam veniam deprecabor.

¶ Ieronimus.

Queso ut patienter audias. Non enim de adversario victoriam sed contra
mendacium quero invenire veritatem.

¶ Augustinus.

Numquid nam sicut animalia irrationalia recte dicimus in corpore data na-
turis [illegible] minoribus. Et si maiora [illegible] sicut apertissime in evangelio videmus
porcos ad usum desideratum [illegible] demonibus. Sic et de homine recte possumus
dicere. Animal est enim rationale et mortale animal rationale in illis membris
[illegible] afflictionibus penas luit. Deus bonus est. Deus iustus est. Deus
omnipotens est. Hoc dubitare omnino dementis est. Tantorum igitur malorum
que fiunt in parvulis causa iusta dicatur. Nempe cum maiores ista patiuntur
solemus dicere aut sicut in Iob merita examinari aut sicut in Herode
peccata puniri. Et secundum exemplis que Deus manifesta esse voluit
alia que obscura sunt hominibus conicere ac credere. Sed hoc in maioribus. De
parvulis autem quid respondeamus edissere si penis tantis nulla [illegible]
sunt punienda peccata. Nam virtutis nulla est in illis etatibus examinan-
da iustitia.

¶ Ieronimus.

Sedit curiositas animo omnium mentem suam ad sapientiam requirendam
et ultra licitum se extendens volunt causas rationesque cognoscere. Quare
parvuli corripiantur a demone, cur naufragia et [illegible] et [illegible] per
[illegible]. Utrum et hec et his similia casu evenerint an iudicio Dei. Et
si casu ubi providentia, si iudicio ubi iustitia Dei.

¶ Augustinus.

Doce igitur quid sentire quid dicere debeamus ut constet nobis ratio no-
varum animarum singulis corporibus singularumque factarum.

¶ Ieronimus.

Vides [illegible] commonitus [illegible] et si nichil [illegible] per [illegible] de ista dispu-
tatione [illegible]. Hec enim longa disputatione [illegible] est.

¶. Augustinus.

a Damnationem in parvulos cum ... requiro ... dare nobis animam si nove fiunt singulis ... quale singulis videatur esse nullum in illa etate peccatum, nec adeo damnari aliquem credo quem videt nullum habere peccatum. An forte dicendum est in parvulo carnem tantum esse peccatricem, animam vero novam fieri, que pro dei precepta vivente in adiutorio gratie Christi, et ipsi etiam edomite et subiugate possit incorruptionis meritum comparari.

¶. Jeronimus.

b Demus operam ut perniciosissima heresis de ecclesiis auferatur, que semper simulat penitentiam, ut docendi in ecclesiis habeat facultatem, ne si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur.

¶. Augustinus.

c Querenda causa atque reddenda est quare damnentur anime, si nove creantur singulis quibusque nascentibus, si preter Christi sacramenta moriantur parvuli. damnari enim eas si preter hoc de corpore exierint, et sancta scriptura et sancta est testis ecclesia. Unde illa de animarum novarum creatione sententia si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit et mea; si oppugnat, non sit et tua. Nolo michi dicatur pro hac sententia debere accipi quod scriptum est: Qui finxit spiritum hominis in ipso, et qui finxit singillatim corda eorum. Aliquid fortissimum atque invictissimum requirendum est, quod nos non cogat deum credere ullarum animarum sine culpa aliqua damnatorem. Nam vel tantumdem valet vel plus est forsitan creare quam fingere, et tamen scriptum est: Cor mundum crea in me deus. Nec ideo putari potest anima hoc loco optare se fieri priusquam aliquid esset. Sicut ergo iam existens creatur in novatione iustitie, sic iam existens fingitur conformatione doctrine. Nec illud quod in Ecclesiaste scriptum est ... convertatur in terram pulvis sicut fuit, et tamen caro de qua hoc dictum est ad hominem non revertitur ex quo propagata est, sed ad terram unde primus homo factus est. Sic et spiritus ex illius unius spiritu propagatus non tamen ad eum revertitur, sed ad dominum a quo illi datus est. Verum quia hoc testimonium ita pro istis sonat ut non omnino contra hanc opinionem quam defendi volo videatur esse contrarium, admonendam tuam credidi prudentiam, ne talibus testimoniis ex his angustiis me eruere coneris. Nam licet nemo faciat optando ut verum sit quod verum non est, tamen si fieri posset optare ut hec sententia vera esset, sicut opto ut si vera est abs te

aquidissime atque munitissime defendatur.

Ieronimus.

Preposita testimonia que non de anima [illegible] sed de ipsis libris asponia sunt. Reuertatur puluis in terram suam unde sumptus est. et spiritus reuertatur ad dominum qui dedit illum. Excepto sancto Adam qui putant magis animi corporis [illegible] et non adeo sed a corporum parente generari. Cum non caro reuertatur in terram et spiritus reuertatur ad deum qui dedit illum. Manifestum est deum patrem animarum esse, non homines.

Augustinus.

Illas vero opiniones, quod ex una fiant omnes anime, nec disputare volo [illegible] sit. et ut una istarum de qua nunc agimus sincera est [illegible] defendat [illegible] nos non sit. Cuius uti desideres. Rogo. ut [illegible] expertum ut pro dignis nobis auferat ignorantiam tamen [illegible] minime meruero, patientiam ut petam a domino deo nostro.

Ieronimus.

Iuxta beatum apostolum unusquisque in suo sensu abundat. Alius quidem sic alius autem sic. Porte scamnum dici potuit et subtilis ingenio [illegible] [illegible] fontium ac [illegible] atque diffusum est. Sed quero [illegible] tuam utrumque paratiorem tui candidare ingenii. Nos enim [illegible] eruditionis causa dixerimus. Certum enim et maxime heretici [illegible] inter nos diuersas uiderint. de animi calumniabuntur. Fautore [illegible] quod non deceret est te amare. suscipere. colere. mirari. magis deum qui mea de-
-fendere.

Augustinus.

Qui animas ex una propagari asserunt quam deus primo homini dedit atque ita eas ex parentibus trahi dicunt. Tertulliani opinionem sequuntur. [illegible] ergo non spiritus sed corpora esse contendunt. et corpulentis seminibus ex-
-oriri. quo peruersius quid dici potest.

Ieronimus.

Qui dicunt [illegible] animas fieri que nate sunt et non corpori [illegible] ex [illegible] hominis a deo [illegible] fieri anathema sint.

Augustinus.

Quis negat non conditum [illegible] omnium creaturarum creatorem deum. atque [illegible] [illegible] cuiquam aptissime [illegible] Sine ulla quippe ambiguitate [illegible] prophetas dicit. Omnem flatum ego feci [illegible] [illegible] [illegible]

Ieronimus

Dominus in evangelio. Videte inquit ne contempnatis unum ex his pusillis. Dico
enim vobis quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est. Magna
dignitas animarum ut unaquaeque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui angelum
delegatum. Suffragat nobis memorata credulitas et [illegible] tandem firmatur oratio
[illegible] favente deo fieri quod [illegible] quod [illegible] [illegible]. [illegible]
[illegible] [illegible] hominis et [illegible] salvatoris a deo [illegible] [illegible] [illegible] for-
mato corpori dari. Totumque [illegible] breviter [illegible] salubri. [illegible]
[illegible]. [illegible] [illegible] perfirmatione ad fines usque [illegible] atque [illegible] inge-
nioli mei [illegible] est magis. [illegible] [illegible] pinguedinis [illegible] [illegible]
[illegible] et ieronimum assistentes [illegible] dextra levaque candelabro [illegible]
duorum celi luminarium cognitionem [illegible] tradidi. De quo plurimis eorum opu-
[illegible] [illegible] [illegible] vigilantia et sagaci [illegible] investigata [illegible]
dicta. [illegible] [illegible] alternis [illegible] fieri. quid tam [illegible]. quid tam
[illegible]. quid tam catholicum. quid [illegible] [illegible]. ad instructionem omnium. [illegible]
vel [illegible] hereticos [illegible] qui [illegible] adversus nos [illegible] [illegible]. Quid
tam [illegible] [illegible] catholicorum virorum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] invenientur. quid laudes eloquio [illegible]
[illegible] sapientiorum proferamini et non magis [illegible] [illegible]. sicut in
prefatione comprehendi quasi [illegible] fluviorum [illegible] [illegible].
[illegible] fluentis sanctorum. Explicit.

Epistola beati Ieronimi ad papam Damasum de novo
nomine trium ypostasium.

Quoniam vetusto oriens inter se populorum furore collisus indiscissam domini
tunicam et desuper textam minutatim per frusta discerpit et Christi vineam
exterminant vulpes. Ut inter lacus contritos qui aquam non habent difficile
ubi fons signatus et ortus ille conclusus sit possit intelligi. Ideo mihi
cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam. Inde nunc
mee anime postulans cibum unde olim Christi vestimenta suscepi. Neque vero tanta
vastitas elementi liquentis et interiacens longitudo terrarum me a pre-
ciose margarite potuit inquisitione prohibere. Ubicumque fuerit corpus
illuc congregabuntur et aquile. Profligato a sobole mala patrimonio
apud vos solos incorrupta patrum servatur auctoritas. Ibi cespite terra

fecundo dominici seminis puritate centenos fructus refert. Hic obruta in sulcis frumenta in lolium avenasque degenerant. Nunc in occidente sol iustitie oritur. In oriente autem lucifer ille qui ceciderat supra sidera posuit tronum suum. Vos estis lux mundi, vos sal terre, vos vasa aurea et argentea. Hic testacea vasa vel lignea virgam ferream et eternum operiuntur incendium. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, tamen invitat humanitas. A sacerdote victime salutem, a pastore presidium ovis flagito. Facessat invidia, Romani culminis recedat ambitio. Cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tue, id est cathedre Petri, communione consocior. Super illam petram edificatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est. Si quis in Noe archa non fuerit, peribit regnante diluvio. Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinem commigravi que Syriam iuncto barbarie fine determinat, nec possum sanctum Domini tot interiacentibus spatiis a sanctimonia tua semper expetere, ideo hic collegas tuos egyptios confessores sequor et sub onerariis navibus parva navicula delitesco. Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit. Hoc est qui Christi non est, Antichristi est. Nunc igitur pro dolor post Nicenam fidem, post Alexandrinum iuncto pariter occidente decretum trium ypostaseon ab Arrianorum presule et campensibus novellum a me homine Romano nomen exigitur. Qui ista queso apostoli prodidere? Quis novus magister gentium Paulus hec docuit? Interrogamus quid tres ypostases posse arbitrentur intelligi. Tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant, quia nescio quid veneni in sillabis latet. Clamamus: si quis tres ypostases ut tria enypostata, hoc est ut tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Et quia vocabula non ediscimus, heretici iudicamur. Si quis autem ypostasin usian intelligens non in tribus personis unam ypostasim dicit, alienus a Christo est. Et sub hac confessione vobiscum pariter cauterio unionis inurimur. Discernite obsecro si placet. Non timebo tres ypostases dicere, si iubetis. Condatur nova post Nicenam fides et similibus verbis cum Arrianis confiteamur orthodoxi. Tota secularium litterarum schola nichil aliud ypostasim nisi usian novit. Et quisquam rogo ore sacrilego tres substantias predicabit? Una

et deus sola natura que vere est. Ad id enim quod subsistit non habet aliunde
sed suum est. Cetera que creata sunt, etsi videntur esse non sunt, quia aliquando
non fuerunt, et potest rursus non esse quod fuit. Deus solus qui eternus est,
hoc est qui exordium non habet, essentie nomen vere tenet. Ideo et ad Mo-
ysen de rubo loquitur: Ego sum qui sum. Et rursum: Qui est misit me.
Erant utique tunc angeli, celum, terra vel maria. Et quomodo commune
nomen essentie proprium sibi vendicat deus? Sed quia illa est perfecta natura
et in tribus personis deitatis una subsistit, que et vere una natura est, quisquis
tria esse, hoc est tres ypostasis dicit, sub nomine pietatis tres naturas co-
natur asserere. Et si ita est, cur ab Arrio parietibus separamur, perfi-
dia copulati? Iungatur cum beatitudine tua Ursinus, cum Ambrosio so-
cietur Auxentius. Absit hoc a Romana fide. Sacrilegium tantum religiosa
corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere unam substantiam, tres personas subsistentes,
perfectas, equales, coeternas. Taceantur tres ypostasis si placet, et una
teneatur. Non bone suspicionis est cum in eodem sensu verba dissentiunt. Suf-
ficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis tres ypostasis
cum suis interpretationibus debere nos dicere, non negamus. Sed mihi credite, ve-
nenum sub melle latet. Transfigurabit se angelus Sathane in angelum
lucis. Bene interpretantur ypostasim, et cum id quod ipsi exponunt habere se dicant,
[illegible] sudicior. Quid tam anxie unum nomen tenent? Quid sub ambi-
guo sermone latitant? Si sic credunt ut interpretantur, non damno quod
retinent. Si sic credo ut illi sentire se simulant, permittant mihi verbis
meum sensum loqui. Quamobrem obtestor beatitudinem tuam per crucifixum mundi
salutem, per homousyan trinitatem, ut mihi epistolis tuis sive tacendarum
sive dicendarum ypostaseon detur auctoritas. Et ne forte obscuritas in
quo dego loci fallat baiulos litterarum, ad Evagrium presbiterum, quem optime
nosti, dignare scripta transmittere. Simul etiam cui apud Antiochiam debeam
communicare significes, quia Campenses cum Tarsensibus hereticis copulantur,
nichil aliud ambiunt quam ut auctoritate communionis vestre fulti tres
ypostases cum antiquo sensu predicent.

Item alia ad Damasum papam eiusdem Ieronimi
de libro Ysaie prophete.

Et factum est in anno quo mortuus est Rex Ozias. Vidi dominum s[edentem]

dentem super solium excelsum et elevatum, et cetera. Antequam de visione dicamus per-
tractandum videtur quis fuerit ozias, quot annis regnaverit, cui in ceteris
gentibus fuerit contemporaneus. Et de ipso quidem, ut in Regnorum et Paralipomenon libris legimus,
fuit vir iustus, et fecit rectum in conspectu domini, edificans templum, aque-
ductum fabricans, offerens vasa, et propter meritum adversarios superans,
quod maximum pietatis indicium est, et multos prophetas habuit. Hic quamdiu vixit
Zacharias sacerdos cognomento intelligens, placuit deo, et cum
omni veneratione delubrum ingressus est. Postquam vero zacharias obiit, volens
per se offerre donaria, sacerdotales ordines non tam pie quam audacter invasit,
et reclamantibus levitis et ceteris sacerdotibus: non es tu ozias rex, sed non
sacerdos, audire noluit. Statimque lepra perfusus in fronte est, iuxta prophetam
eorum dicentem: imple domine facies eorum ignominia, qua corporis
parte sacerdos auri lamina protegebatur, quam in ezechiel dominus iubet tan-
quam in precipuo signari, de qua david exultat dicens: signatum est super nos
lumen vultus tui domine. In qua allophilus petram funde lapidis percu-
tit. Regnavit ozias annis LII, quo tempore apud Latinos amulius, apud
athenienses agamestor XI imperabant. Post cuius mortem ysaias propheta
hanc visionem vidit, id est eo anno quo Ro-
mulus Romani imperii conditor natus est, sicut manifestum esse
poterit his qui voluerint legere temporum librum quem nos in latinam
linguam ex greco sermone transtulimus. Sequitur: Et factum est in anno quo
mortuus est rex ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum.
Premissa historia spiritalis sequitur intellectus. Quod cum historia ipsa
explicata est, vivente leproso rege, et quamdiu in re est, sacerdotium usurpante,
ysaias videre non potuit visionem. Quamdiu leprosus rex tenuit principatum, propheta
oculos non levavit ad celum, non ei sunt reserata celestia, non apparuit dominus
sabaoth, nec in misterio fidei ter nomen sanctitatis auditum est. Quando autem ille mortuus
est, consulta que profertur sermo monstravit, aperto se lumine prodidit.
Tale quiddam et in exodo scriptum est: dum pharao vixit, populus israel expletus
lateris paleacumque opere oppressus non suspiravit ad dominum. Dum ille re-
gnavit, nemo quesivit deum patrum hebreorum, ysaac et iacob. Quando autem
ille mortuus est, suspiraverunt filii israel, ut scriptura dicit, et ascendit
clamor eorum ad dominum. Cum iuxta historiam tunc magis ...

-erunt, et ante prophetare cum inciperet. Ezechielem prophetantem, Falias filius ba-
naie moriebatur. et postquam ex[illegible] [illegible] cecidi in faciem meam et
clamavi voce magna et dixi heu heu heu domine adonay. In consummationem tu facis
reliquias israel. Si ergo in lingua magna et oratione et plurima creatur
huiusmodi essentie fortitudines. Videor, quomodo illius [illegible] [illegible]
videat ut [illegible], et in primum corruat. Non regnet ergo peccatum in vestro
mortali corpore. Regnante peccato [illegible] [illegible] [illegible]. in mortali
corpore [illegible] [illegible]. pro [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]
[illegible]. Vidi dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum. Videt
et daniel sedentem dominum, sed non super thronum excelsum et elevatum. Et david
et alibi vox divina dicens [illegible] et [illegible] et [illegible] [illegible], in valle io-
-saphat. interpretatur domini iudicium. Cum veritas est [illegible] [illegible], videt dominum
sedentem in valle iosaphat. non in colle non in monte sed in valle et in valle
videtur. Cum [illegible] et ysaie [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] super thronum excelsum
et elevatum. Hoc autem et aliud [illegible] [illegible] monte [illegible] regnat thronus
et elevatus. [illegible] [illegible]. Quando autem
dominus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] video excelsum thronum eius. Quando autem
[illegible] quomodo genus dispensat humanum et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]. video humilem et [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]
Vidi dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum. et plena domus a ma-
-iestate eius. et seraphim stabant in circuitu eius. [illegible] ante me [illegible]
[illegible] hunc locum exponentes dominum super thronum sedentem. dominum [illegible] et [illegible]
-raphim [illegible] ex utraque parte [illegible] [illegible]. dominum [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] [illegible] interpretati sunt. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
non [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] est vera [illegible]. [illegible] [illegible] falsa [illegible].
[illegible] [illegible] iohannes evangelista in hac [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] sed [illegible]
[illegible] et [illegible]. Nam cum de [illegible] diceret iudeorum, [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]. [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ysaias. [illegible]
[illegible] [illegible] et non [illegible] et [illegible] [illegible] et non [illegible]
[illegible] et non [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de eo.
[illegible] [illegible] [illegible] gloriam [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] in throno [illegible] ut [illegible]. [illegible] [illegible]
[illegible] et non intelligetis [illegible] [illegible] [illegible] ut evangelista intelligit. [illegible]
Unde [illegible] colligitur non posse seraphim ypium intelligi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] adversus iudeos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

dicat. Bene spiritus sanctus locutus est per ysaiam prophetam ad patres vestros dicens. Vade
ad populum istum et dic. Aure audietis et non intelligetis et videntes videbi-
tis et non percipietis. Incrassatum est enim cor populi huius et auribus suis graviter
audierunt et oculos suos clauserunt ne quando videant oculis et auribus audiant.
et corde intelligant. et convertantur, et sanem illos. Michi autem propter dispensationem non fuit
timor cum maior et minor et spiritus sanctus patre verbo et filio. Ne alia spiritus sancti verba esse quam filii.
[illegible] filium vidisse quam spiritum sanctum. Sequitur. Et plena domus a maiestate eius.
domus dei quae tercium est gratia plena gloriatur. Hec non quae decorum est. ne
[illegible] gloria et forte sub psalmiste sensum dicentis. Domini est terra
et plenitudo eius. Nos quidem dicamus eos plenos in terra gloria eius qui possunt dicere.
Nos omnes ex plenitudine eius accepimus. Hanc domum sapientes mulieres edifi-
cant. et insipientes dissipant manibus. De ista et ysaias loquitur. Et erit
in novissimis diebus preparatus mons domus domini in summis montium. et elevabitur
super colles. Hec est domus dei viva et alibi preparata sicut paulus. Et iterum nov-
atur. Et moyses quidem fidelis in tota domo eius tamquam famulus in testimonium
eorum quae dicenda erant. Christus vero ut filius super domum eius. quae domus sumus nos
si tamen principium substantie eius usque ad finem firmum teneamus. De hac
et ad tymotheum loquitur. Hec autem scribo ut scias quemadmodum te in domo dei
oporteat conversari, quae est ecclesia. Sequitur. Et seraphim stabant in circuitu
eius. sex ale uni et sex ale alteri. Et duabus quidem velabant pedes. et du-
abus velabant faciem. et duabus volabant. et clamabant alter ad alterum. Sanctus.
Sanctus sanctus. dominus deus sabaoth. plena est omnis terra gloria eius. Volumus
scire que sint seraphim. stantia in circuitu dei. que sex ale unius et sint
ad invicem xii. quorum duabus velant faciem, et duabus pedes et duabus volant. cum
ipsi in circuitu dei stare dicantur. aut quomodo stent in circuitu cum duo sint.
et volent. quid sit invicem ad alterutrum clament et sanctum nomen
ingeminent. quomodo sit domus plena gloria. et non terra eius dicatur.
Que cum non minimum pulverem moveant. et prima statim fronte difficul-
tatem interpretationis obiciant. in commune dominum deprecemur ut michi quoque de altari
carbo mittatur. et omni peccatorum sorde detersa. primo possim dei sacramenta
aspicere. deinde narrare quod videro. Seraphim sicut in interpretatione nominum
hebreorum invenimus aut incendium. aut principium oris eorum interpretantur.
Queramus quod sit incendium. Salvator ait. Ignem veni mittere in terram. et

quid nolo ut ardeat. duo discipuli quibus in itinere scripturas dominus aperuerat.
a moyse et omnibus prophetis incipiens. postquam eum in fractione panis cognoverunt
eum dixerunt ad alterutrum. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in
via et aperiret nobis scripturas. Et in deuteronomio, deus noster ignis consumens est
consumens. et in ezechiel legitur. a renibus usque ad pedes videtur igneus. Et
eloquia domini eloquia casta argentum igne examinatum. probatum septuplum.
Et multa alia que si de scripturis omnibus voluero replicare. prolixum est. Ergo
querimus ubi sit hoc altare saluare. Nulli dubium quin in templo voluminis
ex quorum lectione universa hominum vitia purgantur. de eo vero quod sequitur
ne perdam principium oris eorum quod ponit ad scripturas referre. vereor ne perdam
principium oris eorum. quod ponit ad scripturas referre. Initium oris
et communis eloquii. Et hoc omne quod loquimur. hebrea lingua qua vetus
notabil. testamentum scriptum est, universa antiquitas tradidit. Postquam vero in
fabricatione turris per offensam dei linguarum diversitas attributa est. tunc
sermonis diversitas uel varietas in omnes nationes dispersa est. Igitur et
altare et initium oris in duobus advertitur testamentis. Que utraque duo
forcipe non mirum est. cum forcipe ipse distatur. sex ale uni. et vi. alteri.
Victorinus noster xii. apostolos interpretatus est. Nos possumus et xii. lapides altaris
quos ferrum non tetigit. et xii. gemmas ex quibus sacerdotis insigne diadema
constructum est accipere. quas et ezechiel memorat. et apocalipsis non
tacet. Quorum quid verum sit. deus viderit. quid veri simile in sequentibus expo
-nemus. Sequitur. Et duabus quidem velabant faciem. et duabus velabant pedes.
et duabus volabant. Velabant faciem non suam sed dei. Quis enim eius scire potest
principium. Quid antequam istum conderet mundum, in rerum fuerit eternitate.
quando thronos. dominationes. potestates. angelos. totumque mysterium celeste condiderit.
Sequitur. Et duabus velabant pedes eius. non suos sed dei. Extrema enim eius quis scire
queat. Quid post consummationem seculi sit futurum. Quid postquam genus humanum
fuerit iudicatum que sequatur vita. An rursum alia futura sit terra.
et post transactionem alia rursum elementa. vel alius mundus, solque condendus sit.
Priora annuntiate mihi et novissima que futura sunt. et dicam quia dii
estis. ait ysaias significans nemine posse, quid ante mundus fuit et
quid post mundum futurum sit enarrare. Et duabus volabant. Media tantum
cognoscimus que ex scripturarum nobis lectione panduntur. quando mundus factus sit.

mundo plasmatus homo · ante diluvium · ante lex data sit · Set ex primo homine · huius
spatia temporum completa sunt · Et in extremo tempore dei filius pro nostra salute suscepit
carnem · Etenim a duobus illa duo seraphin in suis verbis [illegible] · Et clamabant
alter ad alterum · Videte vos filii ut alter ad alterum · Quia [illegible] in veteri legimus testamento
hoc idem et in novo repperimus · Et quod in novo fuit [illegible] · hoc ex veteris testamenti
auctoritate docuimus · Nichil in illis discordat nichil diversum est · Et dicebant · Sanctus
sanctus sanctus dominus deus sabaoth · In ambobus testamentis predicatur trinitas ·
Quod autem sabaoth et salvator noster [illegible] · [illegible] exemplum · in xxiiii
psalmo · Intuentes qui domino ministrabant [illegible] fortitudines [illegible]
ut ascenderet dominus ianuas [illegible] · Tollite portas principes vestras · [illegible] et
[illegible] attollite porte [illegible] · et introibit rex glorie · [illegible]
[illegible] carnem [illegible] novo [illegible] interrogant · Quis est
iste rex glorie · [illegible] respondent · dominus virtutum ipse est rex glorie ·
Quod in hebreo [illegible] · dominus sabaoth · [illegible] et [illegible]
dominus virtutum et dominus omnipotens [illegible] · In hebreo [illegible] dominus
sabaoth · quod aquila [illegible] dominum [illegible] · dominus [illegible]
[illegible] est · [illegible] · ios · he · ioth · he · [illegible] duplicata ineffabile
[illegible] et gloriosum dei nomen efficiunt · Plena est universa terra gloria eius ·
hoc adhuc [illegible] dominum salvatoris · cuius [illegible] terram
[illegible] · et [illegible] lumine [illegible] · [illegible]
et elevatum est superliminare [illegible] · legimus in veteri testamento
[illegible] dominus moysi et aaron ad ostium tabernaculi [illegible]
[illegible] in [illegible] · [illegible] nostra [illegible] est
[illegible] rex in tabernaculum [illegible] · [illegible]
ad terram superliminare illud · [illegible]
A [illegible] fumo · [illegible] glori[illegible] dei · [illegible]
legimus elevatum est · [illegible]
[illegible] interpretari [illegible] elevatum [illegible] · Et domus impleta
est fumo · deus [illegible] est · et hic [illegible] monte [illegible]
[illegible] ad [illegible] dispicientibus · Et plenus
omnis mons fumo · [illegible] in psalmis [illegible] qui tangit montes et fumigant ·
Exigne ergo quam tota [illegible] · [illegible]
[illegible] et ut ita [illegible] fumi natura [illegible] · [illegible]

carentes dicimus. Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. et nunc videmus
per speculum in enigmate. Et seraphim stabant in circuitu eius. VI. alarum et VI. alae
alii. Quidam grecorum [illegible] seraphim virtutes quasdam
in celis esse exponunt. que ante tribunal dei assistentes laudant eum et in diversa
ministeria mittantur. maximeque ad eos qui purgatione indigent. et ob antiqua
peccata aliqua ex parte suppliciis purgari merentur. Quod autem scriptum est. [illegible]
superliminare et domus impleta est fumo. signum est templi iudaici destru-
-endi et incendii universe ierusalem. [illegible] in [illegible] [illegible]
in septima parte [illegible]. Nam superliminare sublatum illo tempore predicant
quando velum templi scissum est. et universa domus israel errore nubis confusa. quando
iosephus refert sacerdotes ex adytis templi virtutum celestium audisse voces.
Transeamus ex his sedibus. Et [illegible] ego plura dicturus me
gaudeo, et qui hebreum sermonem ita elimavit ut inter hebreos eos chaldeus
estimetur. Longe alia via ingressus est. [illegible]
[illegible] vidisse seraphim [illegible] dominum [illegible] et ne [illegible] seraphim
[illegible] [illegible]. [illegible] et captivitatis ierusalem. [illegible]
[illegible] facta est. [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] est. usque ad sedechiam, qui extremus regnavit. et qui [illegible]
in babylone ductus est. fuisse reges XI. et XII. godoliam, quem constituerat
rex babylonis super terram. quem interfecit ysmael filius nathanie inter
medias epulas. [illegible] [illegible]. et hanc [illegible] XII. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]. sicut in non nullis exemplaribus invenitur. [illegible]
[illegible] [illegible]. [illegible] XII. regibus [illegible] tantum iustos fuisse oziam.
ioatham. ezechiam. et iosiam. Cum sublimes [illegible] captivitatis
glorificare audiant deum. [illegible] [illegible]. [illegible] domini sabaoth. [illegible]
[illegible] peccata velari [illegible]. et alios qui in captivitatem ducti sunt [illegible]
velare vestigia. Superliminare [illegible] sublatum. et domum impletam fumo.
[illegible] [illegible] incensionem templi. et incendium templi exponit. Et quia
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].
[illegible] altaris carbo [illegible] est. et labia purgata. [illegible]
[illegible] passione. qua post manasse interfectus est rege. Et tunc vere purgatus
labiis dixit ad dominum. Ecce ego mitte me. Et dixit. Omnis ego [illegible]
compunctus sum. donec ozias vivit. non intelligis o ysaia. [illegible]

corpus non compungeris. non moueris. Quia ille mortuus est. nisi inaduertenter
immunda habet labia. tunc illi signum cognoscit in sermone dei. Sciendum autem et
quod compungatur et post operationem predicationis dignius officiatur. Quia nam
cum non et immunda labia habeat, et in medio quoque populi immunda labia habentis habitet.
Ysaias ut diximus tamen in sermone peccaverat. ideo sola labia habebat in
munda. non compunctus. Ego vero qui et oculis video adgnoscendis. et manu
scandalizor. et pede et omnium membrorum parte dampnatus. habeo omnia
inmunda. Et quia semel spiritu baptizatus tunicam pollui, gratia baptismatis purgante
id est ignis indigeo. Non est ut quidam putant in prophetarum verba simplicia.
plurimum misterii absconditum est. Aliud littera aliud misterium sermo significat. Ecce
dominus in evangelio cingitur linteo. Velut in ministerio pedes discipulorum
operatur. Cum fungitur ministerio. Nos ut doceat humilitatem. ut nos
invicem ministremus. non abnuo. non inficior. Quid est quod vero Petro recusanti
dicit. Si lavero pedes tuos non habebis partem mecum. et ille respondit. domine
non solum pedes sed et manus et caput. Ascensurus dominus ad celum sic
agit ut homines vero quia in substantia adhuc habebant peccatorum sordes, pedes
volens nunc eos abluendo ponit liberare. Ut eos propheticus sermo
conveniret. Quam speciosi pedes evangelizantium pacem evangelizantium bona. et
ymitari valeat illud ecclesie dictum. Lavi pedes meos. quo inquinabo eos.
Ut in [illegible] post resurrectionem pedes [illegible] pulvis. in propria cum exirent
civitate, in testimonium laboris quod eorum itineris pedum pulverem excusserint. Sicut
in libro ut Moyses. gentibus ut gentiles. Ut in [illegible] vestigia [illegible] pro
dominetur. Sed ut ad propositum redeamus cum a prophetia purgatio intelligebat
verbi. Quia Ysaias tamen in sermone peccaverat. Labia habebat inmunda.
Et quoniam [illegible]. quod opera in templo [illegible] non corrupuerat. in [illegible]
[illegible] liberatio ipsius designatur. Labia habebat inmunda.
In medio quoque populi inmunda labia habentis habitat. Ysaias qui compunctus est
et [illegible] Purgatione dignus efficitur. Nos autem qui non solum
[illegible] agimus penitentiam sed nescimus quod et labia habeat inmunda purgationis
remedium non meremur. Providendum igitur post hoc opus non plus ut [illegible]
[illegible] sed [illegible] moriamur. Providendum quoque post hoc opus
quod et hoc in sermone ac [illegible] parte [illegible]. Et [illegible] Et rege dominum
sabaoth ego vidi. Aiunt [illegible] Ysaiam [illegible] intercepit [illegible]

Quomodo autem moyses posteriora dei uiderit. si hic dominum sabaoth oculis carnalibus
uidisse se probat. cum ipso deo dicente. nemo faciem meam uidebit et uiuet.
Quos interrogamus quomodo si deus in lege aliis prophetis in uisione et somnio dicat
apparere. moysi autem facie ad faciem colloquatur. et quomodo sit illa sententia nemo faciem meam
uidebit et uiuet. cum facie ad faciem se ad moysen locutum esse fateatur. Respon-
debunt utique iuxta possibilitatem humanam deum uisum non ut est. sed ut
uoluit se uideri. Quibus et nos dicimus eodem modo, ab ysaia esse uisum.
astante summi. ut moyses deum aut uiderit aut non uiderit. Si uidit. uidit
ergo et ysaias, qui uidisse se dominum [illegible] interfectus a nobis, quia deus uideri
potest. Si non uidit. interfectus et moyses cum ysaia. quorum uterque mendax
reus est. dicens se uidisse eum qui uideri non potest. Quemadmodum oppositiones
eius [illegible] per moysen poterunt intellectum. etiam nos ad ysaie [illegible]
uisionem. Sequitur. Et missus est ad me unus de seraphin. et in manu sua
habebat carbonem quem forcipe sumpserat de altari. et tetigit os meum
et dixit. Ecce tetigit hoc labia tua. et abstulit iniquitates tuas et peccata tua
purgauit. Si omnes editiones quas superiora exposuimus, siue duo testamenta
intelligere uoluimus siue aliquas comparationes in celestibus uirtutibus [illegible]
comparationes futuri. umbram quandam ueritatis fuisse prefiguratam nunc [illegible]
seraphin. Nos qui primam partem sequimur. euangelicum testimonium mittimus in
ad monstratam. quod his ipse utraque mandata. i. et noua et ueteris testamenti agnitum forcipe.
in duorum preceptorum arte comprehendit. et tactis labiis quicquid fuit
ignorantie sub quo peccatores nos labia interpretamur [illegible]. Purgationis sine [illegible]
[illegible] ueritate. hec sunt forcipes iacob in scala aspiciat. hic est gradus [illegible]
hec duo minuta que mulier mittit in domum dei. hic stant duos denarios [illegible]
qui more [illegible] [illegible] et [illegible] redditur. hec duplici [illegible]
[illegible] ueritate. carbo comprehensus mittitur ad prophetam. quem et [illegible]
[illegible] psalmo [illegible] dicens. Domine libera
animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Et post interrogationem
[illegible] quid detur tibi. aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam. [illegible]
[illegible] potentis acute cum carbonibus desolatoriis. [illegible]
uere [illegible] desolatorio carbo qui linguam [illegible] a [illegible] [illegible] est.
de quo et in ysaia dicitur. habes carbones ignis sedebis super eos. hi
[illegible] in adiutorium. Et audiui uocem domini dicentis. Quem mittam et

quis ibit ad populum istum? Et dixi: Ecce ego mitte me. Et ait: Vade et dic
populo huic: Aure audietis et non intelligetis. Interrogat dominus et verba domini non
iubentis, quem debeat mittere, et quis iturus sit ad populum. Cui finalis propheta
respondit: Ecce ego mitte me. Et post pollicitationem iubetur ut dicat: Vade et
dic populo huic: Aure audietis et non intelligetis, et cernentes aspicietis et
non videbitis. Et cetera que vobis propheta in fine cantavit. Audivi hoc in loco non
paruas hebreorum disputationes, cuius paucam ponam ut sensum hominis addiscas.
Aiebant de moyse et ysaia, quis melius fecerit requiramus. Utrum ne mo-
yses qui cum a deo mitteretur ad populum ait: Precor domine non sum dignus. Et
rursum: Provide alium quem mittas. An ysaias qui cum non fuisset electus, ultro
se obtulit dicens: Ecce ego mitte me. Nec ignoro dicebat periculosum esse de sanctorum
meritis disputare, et aliquid esse minus vel plus differre velle. Sed eo quem
dominus coronavit. Sed quia vos dixit querite et invenietis, pulsate
et aperietur vobis. Etiam nos non ut de aliquo detrahamus sed ut scripture
sensum sequentes, ad cuius nos dirigamus exempla, debemus inquirere quod post
post factum querimus. Cum moyses humanitate adeptus est, humilitate cor prefecit, ac
mansuetudine qui se indignum iudicans ministerio dei maior effectus sit. Ysaias
vero qui ultro se obtulit incipiens prophetare amaritudinis cepit: aure audietis et n[on]
intelligetis etc. Ob quod multa perpessus et ab omni populo pro insano habitus et
iterum cum vox divina diceret clama, sciens ex superiori facilitate se ipsum offe-
rens peccasse non ait ecce ego mitte me. Sed interrogavit quid illud esset quod
clamare deberet. Et dixit: quid clamabo? Cui simile est illud in iheremia:
Accipe calicem meri huius de manu mea. Et potionabis omnes gentes ad quas
ego te mittam. Et bibent et vomerent et insanient et cadent a facie
gladii quem mittam in medio earum. Quod cum audisset propheta non renuit, non
secutus exemplum moysi dicere: Precor domine non sum dignus. Et provide
alium quem mittas. Sed amator populi sui et putans quod ex potu calicis ini-
mice gentes interficerentur et ruerent, calicem meri libenter accepit. Non
intelligens in omnibus gentibus etiam Ierusalem comprehendi. Denique in-
ter nationes, et accepi ait calicem de manu domini et potionavi
omnes gentes ad quas misit me dominus. Et Ierusalem et civitates iuda
et reges eius et principes eius, ad ponendum eas in desolationem et inuium
et sibilationem. Utroque propheta licet impleverit, et diversus ordo perveniens sit.

Quod in alio loco dicat [illegible]. Seduxisti me domine et seductus sum. tenuisti me et potuisti. factus sum in derisum tota die. Ex [illegible] in [illegible] sanationem.
Et e contrario qui alterior est ipse ultra profert. Prophetam non tam suo merito quam misericordia dei confitetur. Postquam a seraphim audierit. Ecce tetigit hic labia tua et abstulit iniquitates tuas. et peccata tua purgavit. [illegible] et
[illegible] in ministerium dei qui accitus liberum [illegible] se [illegible] fide.
Moysen vero quia [illegible] eruditus fuit disciplinis. et inter [illegible] egyptio
[illegible] aliqua comparatione [illegible]. Unde et vox ad eum de rubo facta precepit. ne accesseris huc solve calciamenta de pedibus tuis. locus enim in quo
stas terra sancta est. Et mittit sibi adversus magos. adversus pharaonem
[illegible] reges [illegible] esse tamen. se excusasse dicitur. Precor domine
non sum dignus. Pro quo in hebreo habetur incircumcisus labiis lxx interpretibus ponunt quod
[illegible] verbum de verbo exprimentibus. Ex quo manifeste intelligitur utramque [illegible]
incircumcisus labiis. unde se obtulisse ministerium. Et moysen ad hunc [illegible]
labiis. tam grande ministerium [illegible]. Iure audietis. et non intelligetis.
et cernentes aspicietis. et non videbitis. Totus hic locus sicut salvator dicit
in evangelio. ad id pertinet temporis quo ipse dignatus descendere ad terras.
et signa iudeis non intelligentibus operatus est. Et quia opera ad finem capituli
explanatio multiplex sequitur. Et [illegible] iam [illegible]. Sufficiat
dictantis sufficiat. quia et oratio que non [illegible] manus stilo expolitur. dum
per se inculta est. [illegible] multo molestior fit. et tedium mihi [illegible] afferret.
et oculorum dolore cruciatur auribus tantum studeamus et lingua. Explicit.
Incipit liber beati augustini ad sanctum ieronimum de eo quod scriptum est qui totam legem servaverit offendat autem in uno factus est omnium reus.

Quod ad te scripsi honorande mihi in christo frater ieronime. querens de anima
humana. si nascentibus singulis nove singule nunc usque fiunt. ubi peccati
vinculum contrahant. quod per sacramentum gratie christi etiam in infantibus credimus esse
solvendum. cum in non parvum volumen procederet. Nolui illa
nos dubitatione onerare. Sed quod urget acrius. multo minus est negligendum. Pro
quo peto et per deum obsecro. ut exponas mihi quod multis existimo profuturum.
aut si iam vel a te vel ab alio quo expositum habes dirigas nobis. quomodo
accipiendum sit quod in epistola Iacobi apostoli est. Quicumque enim totam legem servaverit
offendat autem in uno. factus est omnium reus. Que res talis ac tanta est.

ut et si hinc tibi non iam olim sapienti me multum peniteat, De agenda namque vita presenti
cura quomodo ad vitam perveniamus eternam, non preterita perscrutanda quam penitus
demersit oblivio. Sicut est illud quod de anima querendum putavi. hec inquiratur.
Eleganter aliud dictum esse narratur, quod huic rei satis apte convenit. Cum quidam ruisset
in puteum ubi tanta aqua erat ut eum magis exciperet ne moreretur quam
suffocaret ne loqueretur. Accessit alius. Eoque viso admirans ait. Quomodo
huc cecidisti. Obsecro inquit cogita quomodo hinc me liberes non quomodo huc ceciderim queras.
Ita quoniam fatemur et fide catholica tenemus de reatu peccati tamquam de puteo
etiam parvuli infantis animam per gratiam liberandam. satis est ei quod modum quo salva
fiat novimus. etiam si numquam quomodo in malum illud devenerit inveniremus.
Sed ideo putavi esse querendum ne forte ex illis opinionibus incarnationis
anime aliquam teneamus incaute, que liberandam prorsus animam parvuli
contradicat, negans eam esse in isto malo. Hoc ergo firmissime retento quod anima
parvuli de reatu peccati liberanda est. nec alio modo liberanda nisi gratia dei
per Iesum Christum dominum nostrum. si possumus etiam ipsius mali causam nosse et originem.
vaniloquis non disputatoribus sed litigatoribus paratius instructiusque resistimus.
Si autem non possumus non ideo latet misericordie principium. Ideo pigrescere non
debet officium, Adversus eos autem qui sibi videntur scire quod nesciunt.
hoc securiores sumus quod hanc ignorantiam nostram non ignoramus. Aliud est enim
quod nescire malum est. Aliud quod sciri vel non potest vel non opus est vel
ad vitam quam querimus indifferens est. Hoc vero quod de litteris apostoli Iacobi
nunc requiro in hac ipsa qua vivimus et ut semper vivamus deo placere
studemus actione versatur. Quomodo ergo intelligendum est obsecro te. Quicumque
totam legem servaverit offendat autem in uno factus est omnium reus. Itane
qui furtum fecerit, immo vero qui dixerit diviti sede hic, pauperi autem tu sta illic.
et homicidii et adulterii et sacrilegii reus est. Quod si non est quomodo
qui in uno offendit factus est omnium reus. An illud quod dixit de divite et pa-
-upere ad ista non pertinet. aliorum si alius multis offenderit. factus est omnium reus.
Et intelligendum est, Unde venerit ista sententia. et de illa superiora scripture.
unde connexa dependeat. Fratres nolite in personarum acceptione habere fidem do-
mini nostri Iesu christi glorie. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum anulum habens
in veste candida. Introierit autem et pauper in sordido habitu. et intendatis
in eum qui indutus est veste preclara. et dicatis tu sede hic bene. pauperi

aut: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum · nonne iudicatis apud vosmet ipsos · et facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo divites et heredes regni quod promisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem · propter illum scilicet cui dictum est: Tu sede hic bene. Ac deinde sequitur eamdem ipsam latius versans sententiam et explicans · Nonne inquit divites per potentiam opprimunt vos et trahunt ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen · quod invocatum est super vos? Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturam: diliges proximum tuum sicut te ipsum · bene facitis · Si autem personas accipitis · peccatum operamini · redarguti a lege quasi transgressores. Vide quemadmodum transgressores appellat, qui dicunt diviti · sede hic · et pauperi sta illic. Unde ne putarent contemptibile esse peccatum in hac una re legem transgredi · secutus adiungit · Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno · factus est omnium reus · Qui enim dixit non moechaberis · dixit et non occides · Quod si non occides · moecharis autem · factus es transgressor legis · Propter illud quod dixerat · redarguti a lege quasi transgressores · Que cum ita sint, consequens videtur nisi alio modo intelligendum ostendatur · ut qui dixerit diviti sede hic · et pauperi sta illic · huic non honorem debitum deferens · et idolatra · et blasphemus et adulter, et homicida · et ne quod longum est commemorare · reus omnium criminum iudicandus est · offendens enim in uno · factus est omnium reus · At enim qui unam virtutem habet · omnes habet · et qui unam non habet · nullam habet · Hoc si verum est · confirmatur ista sententia · Sed ego eam exponi volo non confirmari · que per se ipsam apud nos omnibus philosophorum auctoritatibus firmior est · Et illud quidem de virtutibus et vitiis si veraciter dicitur · non est consequens ut propter hoc omnia peccata sint paria · Nam illud de inseparabilitate virtutum · nisi forsitan fallor · si tamen verum memini · quod vix memini · omnibus philosophis placuit · qui easdem virtutes et agende vite necessarias esse dixerunt · Hoc autem de paritate peccatorum soli Stoici ausi sunt disputare contra omnem sensum generis humani · quam eorum vanitatem in Ioviniano illo qui in hac sententia Stoicus erat · in aucupandis autem et defensandis voluptatibus Epicureus · de scripturis sanctis dilucidissime convicisti · in qua tua suavissima et praeclarissima disputatione · satis evidenter apparuit · non placuisse auctoribus nostris · vel ipsi veritati que per eos locuta est · omnia paria esse peccata · Quomodo autem fieri possit ut etiam si hoc de virtutibus verum est · non tamen ideo cogimur fateri equalitatem omnium

deceptorum. Quam rem adiuvante domino aperire conabor. Quod si effecero,
probabis. ubi autem defecero. tu supplebis. Certe hic perspicis quod unam
virtutem si fuerint omnes habere. et omnes deesse cui una defuerit. Quapropter prudentia
nec ignava. nec iniusta nec intemperans potest esse. Nam si aliquid horum fuerit, pru-
-dentia non erit. Porro si prudentia tunc erit, si et fortis et iusta et temperans
sit, profecto ubi fuerit, ceteras habet secum. Sic et fortitudo imprudens esse
non potest, ut intemperans. ut iniusta. Sic temperantia necesse est, ut prudens,
fortis, et iusta sit. Sic iustitia non est, si non sit prudens, fortis, temperans.
Ita ubi est vera aliqua earum. et alie similiter sunt. Ubi autem alie desunt,
vera illa non est. etiam si aliquo modo similis esse videatur. Sunt enim ut scis quedam
vitia virtutibus aperta discretione contraria. ut imprudentia prudentie. Sunt autem quedam
tantum, quia vitia sunt ideo contraria. quadam tamen specie fallaci similia. ut eidem prudentie
non imprudentia sed astutia. Nunc enim eam dico astutiam que in malitiosis in-
-telligi et vocari solet. non sicut loqui nostra scriptura consuevit. que sepe astutiam
in bono ponit. Unde est. Astuti ut serpentes. Et illud. Ut det innocentibus astutiam.
Quamvis et apud illos Romane lingue disertissimus dixerit. Neque illis tamen ad cavendum,
mutabimur. Enoch enim et helyas mortis necessitate superata. ita ut erant
in corporibus de terrena conversatione ad celestia regna translati sunt. Unde et
cuncti qui sic opinationis atque iudicii in corporibus reperiendi sunt. cum aliis
sanctis qui ex mortuis resurrecturi sunt. rapientur in nubibus obviam christo in
aera. et non gustabunt mortem. erunt quippe cum domino gravissima mortis
necessitate calcata. Unde ait apostolus. omnes quidem non dormiemus. omnes autem
immutabimur. Qui enim ex mortuis resurrexerint. et in nubibus viventes rapti
fuerint transibunt ad incorruptionem. et mortalitatem in inmortalitatem mutabunt.
non in tempore non in longo spatio. sed in athomo et in puncto temporis atque
momento quo palpebra oculi moveri potest. in novissima tuba. Canet enim
et adventu resurrectio mortuorum. ut vivi quos in corporibus suis consumma
tionis tempus invenerit. mortuos de inferis resurgentes prevenire non
valeant. Quod manifestius Paulus edisserens ait. Canet enim tuba. et
mortui resurgent incorrupti. et nos immutabimur. Oportet enim corru
ptibile istud induere incorruptionem. et mortale hoc induere inmortalitatem
et possit in aera rapi pergere, ut iugiter ut in celorum regno maneat perpetuum.
Diodorus tarsensis episcopus licet eodem sensu de capitulo in sequentibus breviter anno
tavit in eo quod dictum est. et mortui resurgent incorrupti. et nos immu
tabimur. Si enim incorrupti resurgent mortui. haut dubium, quin et ipsi
in meliora mutati. quid necesse fuit dicere. et nos immutabimur.
Unde hoc voluit intellegi. quod ut corruptio communis sit omnium. immu
tatio autem sanctorum. qui non solum incorruptionem et inmortalitatem
sed et gloriam consequuntur. Apollinaris licet aliis verbis eadem que
theodorus asserit, quosdam non esse morituros. sed de presenti vita rapien
dos in futuram. ut mutatis glorificatisque corporibus sint cum christo
quod nunc de enoch et helia credimus. Didimus non pedes sed ulnas in
origenis sententiam tendens. contraria ingreditur. Ecce mysterium vobis loquor.

Omnes quidem dormiemus .i. moriemur. non omnes autem immutabimur. Quod ita
dixerunt. quasi non indigeret resurrectio interprete. nec obscuritatem haberet
in sensibus. Nunc paulus post multa que de resurrectione locutus est intulisset.
Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem dormiemus .i. moriemur non omnes
autem [illegible] immutabimur. [illegible] in non nullis codicibus scriptum sit. Non quidem
omnes dormiemus. omnes autem immutabimur. Est considerandum an et quod pre-
missum est omnes immutabimur possit convenire quod sequitur. Mortui resurgent
incorrupti. et nos immutabimur. Si enim omnes immutabuntur et hoc commune
cum ceteris est. superfluum fuit dicere et nos immutabimur. Quamobrem ita le-
gendum est. omnes quidem dormiemus. non omnes autem immutabimur. Si enim in adam
omnes moriuntur. et in morte dormitio est. omnes ergo dormiemus .i. mori-
emur. dormit autem iuxta illud. [illegible]. suscitarium qui mortuus est
spe resurrectionis future. Omnisque qui dormit expergiscitur. Sed tamen cum
non subita vis mortis oppresserit. et mors somno fuerit copulata. Quamquam omnes
ita dormierint lege nature. soli sancti et anima in melius mutabuntur.
ita ut incorruptio omnium resurgentium sit. gloria autem atque mutatio [illegible]
sanctorum. Atque sequitur iuxta grecos in athomo. [illegible]
[illegible] in momento. et in ictu qui
in mora oculi. Idcirco prefati diximus ita explanavit simul omnium resurrectiones
[illegible] Quando enim dicit in puncto temporis et in mora oculi atque
momento futuram omnium resurrectionem. contra [illegible] resurrectionis [illegible]
-dit fabulas. ut alii primi alii novissimi [illegible]. Athom[um]
autem punctum temporis est. quod secari et dividi non potest. Unde et epicurus
athomis mundum struit. et [illegible] conformat. Ictum oculi sive motum quem
greci [illegible]. tanta velocitate transcurrent ut pene sensum videntis effu-
giat. Hoc et in plerisque codicibus pro [illegible] .i. ictu ut motu [illegible] legitur.
Hoc sentire debemus quomodo levis pluma. ut stipula. aut tenue arboris folium.
vento flatuque portatur. et de terra ad sublime transfertur. sic ad nutum
et adventum dei omnium mortuorum corpora movebuntur parata ad adventum
iudicis. Quodque iungit et dicit. in novissima tuba canet enim et mortui
resurgent incorrupti et nos immutabimur. oportet enim corruptibile hoc induere
incorruptionem. et mortale hoc induere immortalitatem. [illegible]
sententiam. ut clangore tube aut voce [illegible] quod

scriptum est. quia tuba exalta vocem tuam ut extra omnium resurrectionem. unde est quod
legitur in evangelio: Tu autem cum facis elemosinam, noli tuba canere ante te. hoc
est abscondite fac misericordiam et in secreto. ne videaris de altitudine mentis gloriari.
Querimus autem cur ad novissimam tubam mortuos scripsit resurrecturos. quando enim
novissima dicatur, utique alie precesserunt. In apocalipsi Iohannis vii angeli describuntur
cum tubis. et singulis clangentibus primo et secundo et tercio et quinto vero
aliud per singulos actum esse indicatur. Novissimo autem id est septimo clarius voce strepitum perso-
nante mortui resurgent et corpora que prius fuerunt corruptibilia incorrupta re-
surgent. Ubi post novissima tuba apponit apostolus aliud consequens. canet enim et
mortui resurgent incorrupti. nos autem immutabimur. cum dicit nos. aliis se et
eos qui tunc sunt, post mortuos esse significat. Illud quoque intelligendum est quod dicit mortuos
qui resurgent incorrupti esse corpora mortuorum. eos autem qui dicuntur esse mutandi.
alias debere accipi, qui in maiorem gloriam fuerint commutati. et pervenient in unum
[illegible] Alii vero asserunt mortuos debere intelligi
peccatores, qui resurgent incorrupti ut possint eterna sustinere supplicia.
Eos autem qui commutandi esse sanctos qui de virtute in virtutem et de gloria transferuntur
in gloriam. Unde et ad incorruptionem mortuorum subiungit. oportet enim corruptibile hoc
induere incorruptionem. Ad id autem quod dixit nos immutabimur, id est adiungit. et
mortale hoc induere immortalitatem. aliud est enim immortalitas. aliud incorruptio.
sicut aliud est mortale. aliud corruptibile. Quicquid autem mortale est, et corruptibile
est. sed non quod corruptibile statim et mortale. Corruptibilia quippe sunt corpora
que carent anima. et tamen non sunt mortalia. que numquam fuere vita. quod ipse sciendum
est. Unde signanter apostolus corruptioni incorruptionem, et mortalitati immortali-
tatem [illegible] copulavit. [illegible] quod vocabatur prius
[illegible] Vox Eusebius Pamphili [illegible]
[illegible] libro ponens sibi hanc eandem questionem latius disputavit. et utrumque
complectens, quod inter se videtur esse contrarium. post principium quod [illegible]
locutus est. dicamus primum de eo quod magis in pluribus codicibus invenitur.
Ecce misterium dico vobis. omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur.
Misterium dicit ut attentiores faceret auditores. de resurrectione plenius disputaturus.
dormitio autem mortem istam que communis est omnium significat. Unde rectissime po-
suit quod omnes dormiemus. id est moriemur. sicut supra dixit. Sicut in Adam
omnes moriuntur. ita et in Christo omnes vivificabuntur. cum quod omnes [illegible]

Audite sacramenta que dico. Omnes quidem moriemur, sed non omnes immutabimur. canet
enim tuba haud dubium quin angelicus septimus, et mortui resurgent incorrupti.
Qui autem corrupti erunt mortui, quomodo non immutabuntur? cum corruptio in incorruptionem mutatio
sit. Sed hec immutatio qua Paulus mutandus est et sic sit, glorificatio intelligitur.
Incorruptio autem ideirco omnium est omnium, quia ideo impassibiliores erunt peccatores
ut ad tormenta perpetua sint, et non moriantur et corruptibili corpore dissolvantur.
Legimus in eadem epistola aliud differente claritatem diversitatem resurrectionis. non
in natura corporum, sed in varietate glorie. Denique alii resurgunt ad penas perpetuas,
alii ad gloriam sempiternam. Alia enim claro celestium, alia dicitur, alia terre-
-torum. et corpora celestia et corpora terrestria. Sic inquit erit et resurrectio
mortuorum. Cui sententie magis adquiescit ecclesia ut omnes communi morte mori-
-amur. et non omnes mutemur in gloriam iuxta illud quod Daniel scribit: multi dormientes
in pulvere terre resurgent, alii in gloriam eternam, alii in confusionem et obprobrium
sempiternum. non resurgent in eternam gloriam in quam Paulus et qui cum eo sunt
mutabuntur. Que cum ita se habeant et sic intellecta sint a nobis, eorum tantum
immutationem pertinere qui resurgent in gloriam. Peccatorum autem et infidelium
qui mortui appellantur et resurgent incorrupti nequaquam immutationem, sed
penas perpetuas esse dicendas. Transeamus ad secundam lectionem que sic fertur in
plerisque codicibus: Non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. Ex qua
non nulli asserunt multos vivos in corporibus reperiendos, et si non dormiant omnes
non ideo esse morituros. Si autem non moriantur omnes, non omnes resurrecturos. Resurgere
enim proprie dicitur qui prius moriendo cecidit. Unde et Paulum volunt strari
in prima epistola ad Thessalonicenses: Nos qui vivimus, qui residui sumus vel erimus
in adventu domini non preveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus
in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo. et mortui in Christo
resurgent primi. Deinde nos qui vivimus qui residui sumus simul cum illis
rapiemur in nubibus obviam domino in aera. Et sic semper cum domino erimus. Et ex his
dictis probare conantur Paulum et qui cum eo scribebant epistolas putasse se
non esse morituros, sed reperiendos sic opinationis in corpore. Quod si verum
est, erravit Paulus et humana estimatione deceptus est. Sic arbitratus
est se immortalem in corpore, quod falsum rerum exitus approbavit. Hoc intel-
-lexerant et ipsi Thessalonicenses, sacramenta sermonis mystici nescientes,
et incertis rumoribus fluctuabant, dicebantque: Si Paulus moriendus est.

in corde. proximus est dies iudicii. cui occurrit eos [illegible] compescens. Rogo vos fratres per adventum domini nostri Iesu Christi et nostre congregationis in ipsum. ut non cito moveamini a mente. neque terreamini, neque per spiritum. neque per sermonem. neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies domini. Nequis vos seducat ullo modo. Quoniam nisi venerit discessio primum. et revelatus fuerit homo peccati filius perditionis. qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur deus. aut quod colitur ita ut in templo dei sedeat ostendens se tamquam sit deus. Non meministis quod cum adhuc essem apud vos hec dicebam vobis. Ad quorum dictis [illegible] agit ut eos revocet ab errore. ne putent diem iudicii appropinquare. et ex quo scripserat nos qui vivimus qui residui sumus in adventum domini non preveniemus eos qui dormierunt. Aut intelligant quod [illegible] noluit [illegible] qui scripsit. Non enim possibile fuit ut qui ad Timotheum scribebat. Ego iam delibor et tempus resolutionis mee instat. putaret se in carne permansurum. et numquam esse moriturum. et de vita terrena statim ad regna celestia transiturum. Presertim cum ad Romanos scribens eadem dixerit. Quis me liberabit de corpore mortis huius. Et ad Corinthios. habitantes in corpore peregrinamur a domino. Magis autem volumus peregrinari de corpore et esse cum deo. Qui hec dicebat itaque noverat se esse moriturum. Melius est ergo spiritualiter sentire quod scriptum est. et dormitionem in presenti loco non mortem accipere, per quam anima a corpore separatur. sed peccatum post fidem et offensam dei. dormitionem [illegible] De qua et ad Corinthios loquitur. Ideo inter vos multi infirmi sunt et dormiunt plurimi. Et in alio loco. Ergo et qui dormierunt in Christo perierunt. Qui enim mortui sunt non sunt perpetua morte perituri. Quia non mortali crimine detinentur sed levi modicoque peccato. Unde et alius sanctus vir excitare cupiens loquebatur. Ne forte obdormiam in morte. Est enim somnus peccati qui ducit ad mortem. et est alia delicti dormitio que morte non stringitur. Qui ergo [illegible] ea vita que dicit ego sum vita. et cui vita nostra abscondita est cum Christo in deo. et numquam ab ea fuit separatus. nec ad mortem [illegible] pertraxit. Iste de viventibus et semper viventibus esse dicetur. De quibus et [illegible] in evangelio Iohannis [illegible] testatur. Qui credit in me non morietur. et omnis qui vivit et credit in me non morietur in eternum. Unde et apostolus [illegible] qui dedicat [illegible] Omnes itaque non dormiemus. Qui enim omni custodia servat cor suum. et ad Christi precepta vigilat. mandatique eius memor est dicentis. Vigilate quia nescitis qua hora fur veniat. et in alio loco. Ne dederis

somnu

Somnum oculis tuis: et palpebris tuis dormitationem. ut saluus fias. quasi
caprea de manibus. et quasi auis de laqueis. Item non dormiet. Sunt ergo quidam non
dormiunt qui semper in christo uiuunt et uigilant. Sequitur ut nequaquam omnes dormiant.
et quomodo omnes inmutentur non inmutatione glorie. que iustis dabitur. sed ea inmu-
tatione qua corruptibiles de incorruptibiles efficiuntur. ut illi [illegible]. illi [illegible].
[illegible] tempestiua. Quod et si dormierit aliquis in christo. et negligentie som-
no obdormierit debet audire quod scriptum est. Numquid qui dormit non
resurget? Qui uero non dormit sed uigilat et semper uiuit in christo. de uita in uitam transiet.
que rapietur in nubibus. ut semper cum domino sit. De ipsiusmodi dormientibus lazarus
erat. de quo dominus ait. Lazarus amicus noster dormit. De hoc dormiente dicebat
ad martham. Qui credit in me. etiam si mortuus fuerit uiuet. et omnis qui uiuit
et credit in me non morietur in eternum. Cui enim tota in christo mente confidit. etiam
si ut homo lapsus. si mortuus fuerit in peccato. fide sua uiuit in eternum. Alioquin
mors ista communis credentibus et non credentibus debetur equaliter. et omnes
pariter resurrecturi sunt. alii in confusionem eternam. alii ut eo qui credunt. in
sempiternam uitam. Et si [illegible] ut qui credit in christo non morietur. et etiam
si mortuus fuerit uiuat in eternum. Quod iuxta corporalem mortem excepto enoch et
helia. nulli concessum proprium est. Sed autem fidei magnitudine semper uiuunt in christo.
non dormient. non morientur. sed ymitatores erunt uite apostolice. qui absque
ulla culpa uixerunt in lege iustitie. et ad fidem domini transierunt. credentes
in eo qui uocatur et resurrectio. numquam dormiere. numquam mortui sunt. Anima enim que
peccauerit ipsa morietur. Sicut ergo anima que peccat uiuente corpore mortua est.
et eadem die qua peccauit dormit in morte. dicente ecclesiaste. qui peccat mortuus
est extunc. Sic anima que non peccat spiritualiter. etiam si corpus mortuum fuerit. uiuet
in eternum. Hoc autem mendum quod maior conueniat ueritati ita legere. Omnes quidem
dormiemus. non omnes inmutabimur. Maxime cum sequitur mortui resurgent
incorrupti. et nos inmutabimur. Si enim omnes sunt inmutandi iuxta alteram
lectionem. quomodo postea dicitur. et mortui resurgent atque incorrupti. et primum auctore
et nos inmutabimur. Quando autem dicit nos. sanctos secum significat. Quemadmodum
quoniam intelligendum sit. in quo in epistola ad thessalonicenses scribit. hoc enim uobis
dicimus in uerbo domini. quia nos qui uiuimus qui residui sumus. in aduentu domini
non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu et in uoce archan-
geli. et in tuba dei descendet de celo. et mortui qui in christo sunt resurgent primi.

deinde nos qui vivimus qui reliqui sumus simul cum illis rapiemur in nubibus obviam
Christo in aera, et ita semper cum domino erimus. De quo capitulo actis disputatio plenius non
placet. Hoc dicendum est quid videatur aliis. Theodorus Heracleae et Diodorus qui
[illegible] sequuntur [illegible]. Quorum Diodorus hoc exponit. Residuos atque viventes Paulus
apostolus vocat. Non quo velit intelligi se et alios resurrectionis tempore residuos.
Sed nos dixit pro eo quod est iustos, de quorum et ego sum numero. Ipsi enim rapi-
-entur obviam Christo et non peccatores. Viventes autem non iuxta tropologiam gentes
accipimus, qui peccato non mortui sunt, sed omnes quos in corpore adventus Christi
invenerit. Quod autem sequitur, non praeveniemus eos qui dormierunt, neque
ad peccatores referre debemus. Neque enim peccatores cum iustis rapientur obviam Christo,
sed eos quos mors dissolverat. Verum ad ista paucis et aliis temporis calumniam
facio, cum ipse manifestissime scribat cum residui sumus in adventu domini. Quod
[illegible] autem residuos ideo diximus salvatoris. Sicut in diebus Noe ducebant uxores
et nubebant, et repente venit diluvium et tulit omnes, sic erit adventus
filii hominis. Quibus sermonibus apparet in fine mundi multos vivos et adhuc
in corporibus reperiendos. Sequitur: In iussu in voce archangeli et mortui
resurgent primi. Et hoc rursus salvator loquitur in evangelio. Media autem
nocte sponsum venire, cum utique viventes in corpore deprehendet. Cum
duo erunt in lecto uno, unus assumetur et alius relinquetur. Quibus dictis
ostenditur media nocte futuris omnibus consummationem mundi esse venturam.
Origenes in tertio volumine [illegible] expositionis Pauli ad thessalonicenses pri-
-mae, plurima et vario prudentique sermone disseruit. Hoc intulit de quibus nulla
dubium est et certatum plerumque liberasse. Quid est ergo quod scribunt thessalonicensibus
in libro dei Paulus et Silvanus et Timotheus: nos qui vivimus qui residui sumus
in adventu domini non praeveniemus eos qui dormierunt. Qui sunt isti viventes qui residui
erunt. Utique Paulus non ab hominibus neque per hominem apostolus et carissimus
eius filius in fide Timotheus et Silvanus qui illis erat et sermone et virtutibus
copulatus. Et hoc non solum secundum quemque Pauli et gratiam et [illegible] similes [illegible] dici
potest. Nos qui vivimus, quorum corpus mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita
propter iustificationem, et quorum mortificata sunt membra super terram, ita ut nequaquam
concupiscat caro adversus spiritum. Sed enim adhuc desiderat [illegible]. Et quia vivit
desiderat. Et non sunt mortificata membra eius super terram. Sed si mortificata sunt,
nequaquam adversus spiritum concupiscunt quae mortificatione [illegible] subiecta [illegible] desideratum [illegible]

derunt. Sunt ergo qui vita carnere spiritu, et ad meliora translati sunt magis vivunt.
deposito mortis corpore, et maiorum omnium sentiunt. sic quod mortificationes
ipsi in corpore suo circumferunt, et nequaquam vivunt iuxta carnem, sed iuxta spiritum.
vivunt in eo qui vita est, et vivit in eis christus. de quo scriptum est. Vivens sermo
dei et efficax, qui est dei virtus et dei sapientia. Vivunt enim in quibus vivit virtus
dei omni humana fragilitate deposita. et in quibus vivit sapientia que abscondita
est in deo. et in quibus vivit et operatur iustitia. christus enim factus est nobis non
solum iustitia ex deo sed et sapientia, et omne quod virtus est. Et siquidem superius eos
se adormientibus et in christo mortuis qui hac fronte vitam separarent. unde
-batur superflua annotatio. Et ex hoc uno loco assumptum testimonium non valeret.
Nunc vero eodem tempore procedere et superius. et in prima ad corinthios loquitur: omnes
non dormiemus, omnes autem immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novis-
-sima tuba. canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immuta-
-bimur. hoc quod in priori loco scriptum est in tuba dei descendet de celo. commemora-
tum quod ad corinthios scribitur. In novissima tuba canet enim. Illi autem quod ad thes-
-salonicenses legitur. et mortui in christo resurgent primum. hoc quod ad corinthios
scriptum est. et mortui resurgent incorrupti. Porro quod sequitur. deinde nos
qui vivimus qui residui sumus in illud respondet. et nos immutabimur. Quod
utrumque sic intelligi potest. nos qui vivimus qui residui sumus in adventu domini. et nos quoque
immutabimur, et non sumus ex his qui appellantur mortui. sed vivimus ideo ad-
ventum domini non in morte sed in vita prestolamur. quia de israelitico genere sumus. Aut
electi sunt de nobis reliquie de quibus olim dominus loquebatur. dereliqui mihi septem milia
virorum qui non curvaverunt genua ante baal. In iohannis quoque evangelio,
viventium et non viventium duplex ordo describitur. Omnis qui credit in me non
morietur in eternum. Viventes ita intelligimus ut iam ante dictum est dormientes.
et in christo mortuos illos credantur. qui nunc vel in christo vivunt. cum petro mortui
sunt. Sunt autem reliquie, et electio gratie appellantur viventes. qui non ita
crediderunt, nec de israelitica nobilitate generati sunt, dormientes, et mortui ap-
-pellabuntur in christo. Sunt qui hunc locum ita edisserunt. Eum appellant quamvis
petro sunt mortui. Illi autem permanserunt. et ideo qui permanserunt mortui sunt. Et
postea quam ad penitentiam putarunt antiqua delicta mortui appellantur. qui
permanserant. Ipsi autem mortui. quia viventia ad deum mente [illegible] sunt. porro qui
vivunt et habent testimonium fidei et nec dum [illegible] in promptu [illegible] qui et

de alys quidā melius cogitant · ut nō absq̄ hīs qui iusti p̄ ozonentur: Tēo hēbūt
beatitudines quo fruuntur bono conpetente · et uiuūt et blēti p̄ ī aduentu dn̄i
saluatoris · Siquidē clemens est deus, et uult salutē oīuā eos q̄ dormierunt
et p̄ mortem p̄ · nō puenient illos · neq̄ soli sapient̄ ī nubibus · sed uiȳ
exemplum euangelie parabole · Vinī denarium · Vineā q̄ mercedem · et hī
decime hore operarij · et p̄me q̄ ī uineā missi p̄ · salutis accipient · Nec
hoc uiam uidentur iniustum · ut serui labor uerū p̄mui equaretur · [illegible]
· hoc dubitatus est eorum q̄ post multā sunt renati · et eorum qui nunq̄ mortis
uiderūt errorem · De his puto dicitur · Quis est hō q̄ uiuat et nō uideat mortē ·
Timet de morte aliāq̄ mortē · Neq̄ enī ut q̄dā putant quis p̄o q̄ est nullus
inuenitur · Sz q̄ dicitur quis putas iuxta illud qd̄ scriptum est · Quis sapiens
et intelliget hec · et ī alio loco · Dn̄e quis habitabit ī tabernaculo tuo · Et iterum
Quis cognouit sensum dn̄i · Responsio q̄ erunt de uiuentibus pauci, qui aduentum
dn̄i uideant, i[illegible] deus uerbum ē neq̄ ī subtilitate carnis · Sz ī gloria
triumphantis · Et considerandum dīcit · primum dormientes appellare · de ind-
ī p̄ mortuos quos uiuentes preterire nō poterunt · qui enī nō custodierit
hoc qd̄ scriptum est · ne dederis somnum oculis tuis · et palpebris tuis dor-
mitationem, ut saluus fias sicut caprea de uinculis · et sicut auis de laqueis ·
dormiet et culpabilis sopor et turpis est · cuius dormitatio transibit in
mortem · sicut .n. moritur q̄ uigilat · sic q̄ dormit facit īmortis · et mortis
corpet similitudine · Qui aut̄ dormitionem sequatur mors, et prima ad eū
[illegible] explī docere nos poterit · ī quarta scriptum est · Nunc aut̄ propius principe
expmoratus pimire dormientium · q̄ p̄ hominē mors et p̄ hominē resurrectio
mortuorum · ī p̄ pauculum · non omēs dormiemus · Sz oēs immutabimur,
ī momento, ī ictu oculi · ī nouissima tuba · Canet .n. et mortui resurgent incorrupti
et nos immutabimur · Cum q̄ hec de dormitione dicantur et morte · et
illud legamus ī aplo · Surge qui dormis · et exurge a mortuis et illuminabit
[illegible] facia̅m deo iacob · Vnusquisque dicit ī corde
suo · Si ascendam sup̄ stratum meum · Si dedero somnum oculis meis · et pal-
pebris meis dormitationem · donec inueniam locum dn̄o · haud dubium
quin ī aīa sua tabernaculum deo iacob · Et deus ī illo etiā sede quiescat ·
Agitur · quia ipē dn̄s ī iussu et ī uoce · descendet .n. missus apte · nō
diuersitate uirtutis · Sz dispensatione iudicis · Et descendet ad eos qui ·

decorus in uerbo dei et spiritu et uitae atque uita. Et quam mortui sunt ad a-
signatam descendit tamen non sunt ab eo auersi. Opere in. uocantur in xpo. Qui autem
uiuunt hoc sunt priuilegium, quamquam tam plurimos. Attamen ultimam agmen
et mortuorum in xpo et uiuentium pariter rapientur in nubibus obuiam domino.
ut non eum reperient donec ad terrena descendit. Quia uita illius et contubernio
in sublimibus perfruantur. Quantam uero clementia ut potentia non solum ma-
festa est. Primo ad mortuos usque descendit. et in ipsa morte sua signa uiuentium.
passionis et sanguine de latere eius profluxit. deinde sic quod primo duximus uoce archan-
geli precedente et praeparante sibi uiam in hac qui possunt ad terre uiuam. Quod ut
audiamus intelligere. primi aduentus mysteria recolamus. Scriptum est de iohanne
qui precursor eius fuit. quod in heremo dixerit. Ego uox clamantis in deserto. et
reliqua. Sed clamauit ipse in deserto. Parate uiam domino. Rectas facite
semitas eius. Ob quod premium. audiamus uerba. Omnis uallis
implebitur. et omnis mons et collis humiliabitur. et erunt praua in directa
et aspera in uias planas. et uidebit omnis caro salutare dei. Hoc autem ideo
quia uerbum caro factum est, et habitauit in nobis. Tunc autem necessario uox iohannis prae-
cessit. sed uox archangeli praeparantis uiam. non in deserto huius solitudinis ueniet.
sed ei qui est apud patrem uerbum dei. Et quod nunc praedicatur in deserto ut
audiuit assumpta homo praetereunte et uideret harundinem uento agitatam.
de qua fit et tibie et uocans eius cum in choro puerorum dulci sonat mo-
dulamine canentium in plateis atque dicentium atque dicentium. cantauimus
uobis et non saltastis. Nunc autem in uoce archangeli praecedente dominum desuper
descendentis de caelis. et in clarissima tuba omnium quique credentium ut ad filium ui-
ad sacerdotalia ministeria prouocatur. legimus in numerorum libro sacerdotes dei
tubas quae ante hostias proferret. Si autem magna est uox angeli et tube et ar-
changeli. Quanto maior erit tube dei ? ... primum dormientium et mortuorum
in xpo. deinde etiam qui uiuunt et residui sunt. et promouit dei uoluntati aduentum
fortassim simplicius tube clangor dormientes qui mortui in xpo notum est. Uox
autem archangeli et tube dei his qui uiuunt. et in primam eius resurgant. Uideamus
quid possit intelligi et id quod sequitur. simul cum illis rapiemur. Quo uerbo
ostendit eos subito ad meliora transferri. Et ideo raptum uoluisse per dicere.
ut uelocitatis transeuntes tempus cogitantes excederet. Quod et in alio uidemus
uerbi ueritate signauit. Scio in xpo hominem ante annos quattuordecim. siue in corpore nescio.

rum esse corporis nescio. deus scit. Raptum huiusmodi usque ad tertium celum. Et scio huiusmodi
hominem sive in corpore sive extra corpus nescio, deus scit, quia raptus est in paradisum
et audivit verba ineffabilia que non licet homini loqui. Aliis enim proficientes et ut ita
dicam gradientes ad maiora crescebant donec fieret ipse id quod speratum est. Magis
valde nimis. et [illegible] legimus. Paulus autem vas electionis tertium
celum raptus ascendit. et idcirco audit verba ineffabilia. Quomodo autem hi qui
rapiuntur in nubibus rapiantur obviam Christo diligenter considerandum est. Legimus nubes
prophetas quibus precepit deus ne pluerent super Israel imbrem, qui impleverunt mensuram
patrum suorum. et finis est legis et prophetarum usque ad Iohannem baptistam. Et quos deus tunc
posuit primum apostolos, secundo prophetas. Non solum apostoli prophete sed apostoli nubes intelligendi
sunt. Ysaias loquitur ad Christum ascendentem super nubes leves et [illegible] super
prophetas et apostolos. et assumptis alis columbe, quorum doctrina ad [illegible] publice
occurrit. non dico corpore, sed in aere et spirituali intelligentia consummatam. Occurrentes
autem in spiritalibus et terrena dimittentes, pro illo sunt dormientes, pro isto morientes
sive viventes. et in illo primam resurrectionem [illegible] in illo erit. et fruetur verbo dei
et sapientia, veritate atque iustitia. Hec celeri sermone dictavi quid crederem
in hoc dumtaxat fuerit loco. et quibus argumentis suas vellet probare sententias.
vere [illegible] explanationes. Neque enim tanta est in eo perspicuitas animi, ut michi
gaudeam et invidorum tantis morsibus pateo, contra eorum qui nos in domino repre-
hendunt. Nec iuxta Pythagore discipulos preiudicata doctoris opinio, sed doctrine
ratio ponderanda est. Si quis autem contrarie factionis immurmurat, quare eorum
explanationes legam quorum dogmatibus non acquiesco, sciat me illud apostoli libenter
audire: Omnia probate, et quod bonum est tenete. Et salvatoris verba dicentis:
Estote probati nummularii, ut si quis nummus adulter est et figuram Cesaris
non habet, nec signatus est moneta publica, reprobetur. qui autem Christi faciem claro
prefert lumine, in cordis nostri marsupium recondatur. Si enim dialecticam precepero
voluero, aut philosophorum dogmata, et ut ad nostra redeam, sanctam scripturam
non [illegible] ecclesie viros interrogare debeo, quorum alia gratia est. Et
unusquisque in suo sensu habundat. Et beatus qui in domo magna vasorum patris fami-
lias diversitas multa dicatur. Et eos qui dicunt didicisse ab artifice, et in lege
domini meditantur die ac nocte. Ego enim in adolescentia et in extrema etate profiteor
et Origenem et Eusebium Cesariensem viros esse doctissimos, sed errasse in
dogmatum veritate. Quod contrario de Theodoro, Arrio, Apollinare. Por

-primus dicere. At tamen in explanationibus scripturarum, sudoris pro nobis memo-
-riam reliquerunt. Interea aurum queritur et de fluviorum illuvie splendens confertur
glarea. Pactolusque dicior est auro quam fluento. Cur me lacerant dentibus et
ad ipsum splendorem crassi sues grunniunt? Quibus omne studium est, immo gratie
propositum aliena carpere, et sic veterum defendere scripta ut probent fidem pras-
-sumptum proprium et antiquos legere, probare singula, retinere que bona sunt, et a fide
ecclesie catholice non recedere. Volens et aliquas questiunculas respondere, et vel
mea vel aliena dictare extemporio affectu per sermonem admonitus sum, ut et ad
-uos et ad ceteros suos fratres qui nos amant digniantur litteras mittere. Cohibe-
-bo me gradum, et cuncta comes fuit, futuro me operi reservabo, ut et uos-
reparare parum. Et factum ac simile corpusculum onus posset ferre mo-
-deratum. Illud autem breviter in fine commoneo, hoc quod in latinis codicibus legitur: Omnes
quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur, in grecis voluminibus non haberi,
sed vel omnes dormiemus, non omnes autem immutabimur. Aliorum cum semper
sit, ut supra diximus. Explicit.

Item epistola eiusdem Jeronimi presbiteri ad Cyprianum.

Frater charissime Cypriane, tuo prenostens, quia per scribatur extrema
littera que appellatur mim, exprimit dexteram, sicut est illud: in nomine beniamin,
quod interpretatur filius dextere. Sin autem mem habeat, dierum ut dicas sonat. Est autem
quod interpretatur filius dextere. Numerum annorum dierum nostrorum, quos in hoc seculo vivere nos dominus stat-
-uit. Numerum annorum dierumque nostrorum, quos in hoc seculo vivere nos dominus
ostende nobis ut paremus nos adventui tuo, et contempto errore mortalium
ad te peregrini festinemus. Cupiamusque presentiam tuam et ad te festinemus corde sa-
-piente. Nichil enim ita decipit humanum genus, quam dum ignorant spatium vite sue
longiorem sibi per hec possessionem repromittunt. Unde et illud egregie dictum
est: Nullum tam senem esse et sic decrepite senectutis, ut non se adhuc uno
plus anno vivere suspicetur. Ad hunc sensum pertinet et illud quod dicitur: Memento
mortis tue et non peccabis. Qui enim se cotidie recordatur esse moriturum, contempnit
presentia et ad futura festinat. Hoc est quod et David in alio loco precatur dicens:
Ne auferas me in dimidio dierum meorum, priusquam abeam et non subsistam.
Quod ita exponitur: Ne eo tempore me facias mori quando adhuc putabam me esse
victurum, et veniam corrigendi perdam. Si enim hoc fecerit, inveniet in delictis meis
me esse confessum. Non quod spem resurrectionis neget, sed quod dicto se neget velle confiteri,
apud quem omnes qui in inferis profecerint, pro nichilo computantur. Siquidem

Interpretatur sumus eruditi corde in sapientia. Aquila transtulit curis gradiemur. Hieronymus ambigu-
-itate demonstrata ... dicens ... comparatos significat. Convertere
domine usquequo, et deprecabilis esto super servos tuos. lxx. similiter. Quia agimus penitentiam
et sentimus vite nostre brevitatem, ad te corde sapienti cupimus convenire. Et tu domine
convertere ad nos. Peccatis enim nostris longe recessisti, et dimisisti nos ut ambularemus
in voluntatibus et cogitationibus nostris. Quod autem infert usquequo, illam sibi intelligentiam
quam in xii psalmo diximus. Usquequo domine oblivisceris me in finem. Qui enim in angustia
constitutus est, ferre ei videtur angustias, et postea in tempore desideratur ut cito
adiutorem dominum sentiat. et neque quod iratum videtur sibi placatum. Imple nos ma-
-tutina misericordia tua, et laudabimus et letabimur in omnibus diebus nostris. Symmachus:
Repleti sumus mane misericordia tua et exultavimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris. Pre-
-terea pene omnes hanc sunt lxx. consuetudinem, ut quod apud hebreos in futuro ostenditur,
hoc illi quasi iam factum referant. Hic igitur non ut illi voluerunt, dicunt se impletos esse
matutina misericordia dei, atque letatos. alioquin si hoc factum erat, quomodo postea deprecatur
et dicunt, Respice in servos tuos et in opera tua? Sed totum quod postulant ideo de-
-precantur ut mereantur matutinam misericordiam eius. Quam cum fuerint consecuti, la-
-udabunt deum atque letabuntur in cunctis diebus vite sue. Videtur autem mihi resurrectionis
Christi eterne vite primordia deprecari dicens: Imple nos misericordia tua matutina. Quod
quidem et in septimi psalmi titulo sonat, Christo ad mysterium sanctum et ad resurrectionem
eius pertinens. Inscribitur pro assumptione matutina. Letifica nos pro diebus quibus affli-
-xisti nos. et annis in quibus vidimus mala. lxx. letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.
Ut Lazarus qui recepit mala sua in vita sua. Iam in hebraice etiam quinque
... mala autem non ea appellat a quibus omnes sunt ... pro afflictione posita et an-
-gustie, quorum malus pars afflixit ... et dicamus in evangelio
scribitur: sufficit diei malitia sua. Iusto quidem hoc solo promittenti ...
... ut morborum curandis fuimus afflicti tanto post resurrectionem
in futura maiora premia consequemur. Videre autem non dixit sustinuimus
mala, sed vidimus omnia. Quis est homo qui vivat et non videat mortem? Quae
non tam ad destructionem corporis referenda est, quam ad similitudinem ... dicitur.
... apparent opera tua.
et gloria tua super filios eorum. Opera in servis suis ipse dominus operatur ... Nec
... qui postulat salvare ... est. Sed et gloria filiorum, id est filiorum dei. Filios
autem non tam illos qui de eorum stirpe generati sunt, quam discipulos debemus accipe-

de quibus et Paulus loquebatur. filioli mei quos iterum parturio. unde et Iohannes apostolus
sed mira puerorum iuvenum patrum proficientium per singulos scribit ad parvulos. scribit ad iuvenes.
scribit ad patres. Et sit decor domini dei nostri super nos. et opus manuum nostrarum fac sta-
-bile super nos. et opus manuum nostrarum confirma. l(ittera) xx. et sit splendor domini dei
nostri super nos. et op(era) ma(nuum) no(strarum) di(rige) su(per) n(os) et o(pus) ma(nuum) n(ostrarum) di(rige). Nobis sit qui hoc arbitrium
eorum potestate plaudentes ideo per dei gratiam putant operantes non habeat vos facere
ut non faciat bona sed mala. Et hic beatus Moyses. post repetitionem quam posuimus
dicens: Impleti sumus mane misericordia tua et laudabimus et letabimur in omnibus diebus
nostris. neque surrexisse contentus est. sed eterne vite premia operantes postulat. ut
decor domini dei sui sit super eos qui surrexerunt. et splendeant in animabus credentium
et opera manuum eorum ipse dirigat. faciat quoque confirmet. ipseque confirmet quando
in se conditur bonum. sicut enim humilitas deprecantis meretur premia. ita superbia
confitentis dei auxilio deseritur. ... Explicit.

Incipit liber apologeticus beati Ieronimi presbiteri
ad Pamachium.

1 Quod ad te huc usque non scripsi. causa fuit silentium tuum. Verebar enim ne si
tacenti scriberem. molestum me magis quam officiosum putares. Nunc autem provo-
-catus dulcissimis litteris tuis. et huiuscemodi vero. que me ad philosophiam nostri dog-
-matis provocarent. condiscipulum quondam et sodalem et amicum obviis ut aiunt ulni-
-s excipio. defensoremque meorum opusculorum paro. si tamen prius te placatum iudicem
habuero. ymo si oratores meos super omnibus que in me arguunt instruxero. Et enim et
Tullius tuus et ante illum in brevi et solo volumine scripsit antonius. primam causam
esse victorie. diligenter causam pro qua dicturus es discere. Reprehendunt me quidam
quod in libris quos adversus Iovinianum scripsi nimius fuerim. vel in laudem virginum.
vel in suggillatione nuptiarum. et aiunt condempnationem quodammodo esse matrimonii
in tantum pudiciciam predicare. ut nulla posse videatur inter uxorem et virginem
comparatio derelinqui. Ego si bene problematis memini inter Iovinianum et nos
ista contentio est. quod ille exequet virginitati nuptias. nos subiciamus. ille
vel parum. vel nichil. nos multum interesse dicamus. Denique idcirco te post dominum
faciente dampnatus est. quia ausus est castitati matrimonium comparare. Aut si
idipsum virgo putatur et nupta. quare hoc Roma audire
non potuit. Virgo a viro non virgo a patre. ... Aut
mea sententia laudanda est. aut Ioviniani. Si reprehendor quod nuptias ...

gnitatem subito. Laudetur ipse qui praedicat. Si autem damnatus est quem aequalem putabat, damnatio eius mei operis testimonium sit. Si isti homines indignantur in minori gradu esse quam virgines, miror clericos et monachos continentes non laudare quod faciunt. Castrant se ab uxoribus suis, ut imitentur virginum castitatem. et id ipsum volunt esse maritatas quod virgines. Aut iungantur iterum uxoribus suis, quibus renunciaverant. aut si se abstinuerint, etiam tacentes confitebuntur melius esse, quod nuptiis praetulerunt. An rudis in scripturis et nunc primum sacra volumina legens lineam et ut ita dicam tenue discrimen inter virginitatem et nuptias servare non potui. Scilicet nesciebam dictum. Noli esse iustus multum. et dum unum latus protego in altero vulneratus sum. atque ut manifestius loquar. dum contra Iovinianum presso gradu pugno, a manicheo mea terga confossa sunt. Nonne queso statim in principio operis mei ista praefatus sum. Nec nos Marcionis et Manichei dogma sectantes nuptiis detrahimus, nec Taciani principis encraticarum errore decepti omnem coitum spurcum putamus. qui non solum nuptias sed et cibos quos deus creavit ad utendum damnant et reprobant. Scimus in domo magna non solum vasa esse aurea et argentea, sed et lignea et fictilia. Et super fundamentum Christi quod Paulus architectus posuit, alios superedificare aurum et argentum lapides preciosos. alios e contrario fenum, ligna, stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias. et cubile immaculatum. legimus primam dei sententiam, crescite et multiplicamini et replete terram. Sed ita nuptias recipimus, ut virginitatem que de nuptiis nascitur praeferamus. Numquid argentum non erit argentum si aurum argento preciosius est. Aut arbori et segeti contumelia est si radici et foliis culmo et aristis poma preferantur et fructus. Ut poma ex arbore, frumentum ex stipula, ita virginitas ex nuptiis. Centesimus et sexagesimus et tricesimus fructus quamquam de una terra et de una semente nascatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nam et ipsa digitorum coniunctio et quasi molli osculo se complexans et federans, maritum pingit et coniugem. Sexaginta vero ad viduas, eo quod in angustia et tribulatione sint posite. Unde et superiori digito deprimuntur. Quantoque maior est difficultas expertae quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto maius et premium. Porro numerus centesimus, quaeso diligens lector attende, de sinistra transfertur ad dexteram. et iisdem

quidem digitos. sed non eadem manu, quibus plena nupte significantur et vidue, cir-
culum faciens exprimit virginitatis coronam. Oro te qui hec loquitur damnat
nuptias? Aurum virginitatem. argentum diximus matrimonium. Centesimum.
et lx.um et xxx.um fructum. de bona terra exposuimus. et de uno semine generari.
licet multum differat in numero. et unquam tam insanus lector erit ut
non ex meis dictis sed ex suo me sensu iudicet? Et certe multo clemen-
tiores erga coniugia fuimus omnibus pene latinis et grecis tractatoribus.
qui centesimum numerum ad martyres referunt. sexagesimum ad virgines.
tricesimum ad viduas. Atque ita fit iuxta illorum sententiam ut de bona terra et
patris familias semine excludantur mariti. Sed certe, ut in principio cautus
in reliquis forsitan imprudens fuerim. Nonne post partitionem opusculi cum
ad questiones veneremus statim in illis usi sumus? Sequimur virgines, et
continentes. maritos et digamos, ut conatus meos orationibus adiuvent.
contrarium in commune Iovinianus hic hostis est. Quorum ergo orationibus in opere
et auxilio adiutores mihi operis precor, eos possum manichei errore damnare.
Curramus ad reliqua. Neque enim cogit parvum brevitas diutius in singulis
immorari. Interpretantes illud apostoli testimonium. Uxor sui corporis non
habet potestatem sed vir. Similiter et vir corporis sui non habet potestatem. sed uxor. et
subiunximus. Omnis hic questio de his est qui in matrimonio sunt an eis liceat
uxores dimittere. Quod et dominus in evangelio prohibuit. Unde et apostolus.
bonum est ait homini uxorem vel mulierem non tangere. Quasi in tactu eius periculum
sit. quam qui eam tetigerit non evadat. Unde et Ioseph quia tangere illum
volebat egyptia. fugiens de manibus eius pallium abiecit. Sed quia semel
duxit uxorem. nisi ex consensu se non valet abstinere. nec dare repudium.
non peccanti. Reddat coniugi debitum, quia sponte se alligavit ut reddere
cogeretur. Qui enim dicit esse preceptum ne dimittantur uxores. et quod
asserunt, quod deus coniunxit homo non separet. hic potest dici nuptias con-
demnare? Et rursum in consequentibus. Sed unusquisque ait proprium donum habet
ex deo. Alius quidem sic. alius autem sic. Quam sententiam nos exponentes.
hec iunximus. Quid inquit velim perspicuum est. Sed quia in ecclesia diversa sunt
dona concedo et nuptias. ne videar dampnare naturam. Simul considera
quod aliud donum virginitatis sit. aliud nuptiarum. Si enim eadem esset merces
nuptiarum et virginum. nunquam diceret post preceptum continentie.

Sed unusquisque proprium habet donum ex deo. alius quidem sic. alius autem sic. Ubi proprietas sin-
-gulorum est. ibi alternis partium diversitas. Concedo et nuptias esse donum dei. Sed
inter donum et donum magna diversitas est. Denique et apostolus de quodam post
incestum penitente. E contrario igitur. donate et consolamini. et si cui quid donastis.
et ego. At ne putaremus donum hominis contempnendum. addidit. Nam et
ego quod donavi si quid donavi. propter vos in persona Christi. Diversa sunt dona Christi.
Unde et Joseph in typo eius. variam habebat tunicam. et in psalmo xliiij.
legimus. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Et Petrus apostolus.
Quasi coheredes ait multiformis gratie. quod significantius grece dicitur
ποικίλης id est varie. Rogo que est ista contentio claudere oculos ne apertis-
-simi lumen videre. Ecclesia diximus dona diversa. et aliud donum virginitatis
et aliud nuptiarum. et post paululum. Concedo nuptias esse dei donum. Sed inter do-
-num et donum magna diversitas est. et quod dei donum vocat apertissima prudentia
damnare dicimur? Porro si Joseph in typo domini accipitur. tunica eius varia
atque subnexa. in virginibus viduis continentibus ac maritatis est. Et post
eodem quo cepimus. que dextera Christi est. cum reginam habet consociatam. que
in vestitu deaurato circumdata varietate diximus. Sed et in sequentibus
de digamia disputantes. cum id temporis locuti sumus. hic totus ad virtutes
non aversa non pertinet. Dicit enim unius viri uxorem excepta causa for-
nicationis non repudiandam. uno marito vivente alteri non nubere. aut certe viro
suo debere reconciliari. et in alio loco. mulier igitur alligata est quanto tempore
vir eius vivit. quod si dormierit vir eius. liberata est. cui vult nubat. tantum
in domino. id est Christiano. Qui secundas nuptias tertiasque concedit in domino. primas cum
ethnico prohibet. Respondeant quaeso obtrectatores mei et videant me secundas
et tertias nuptias concessisse in domino. Qui secundas et tertias non negavi. primum
potui damnare matrimonium? In eo quoque loco ubi interpretamur. capitulum apostoli. Cir-
-cumcisus aliquis vocatus est. non adducat preputium. In preputio vocatus est. non cir-
cumcidatur. licet quidam prudentissimi scripturarum contrarium. hic de circumcisione
et servitute dicta esse contendant. nonne apertissime federa suavitatis nuptiarum
diximus. Qui in preputio quis vocatus est non circumcidatur. habebat igitur uxorem
cum crederet. non habeat ea quia putaret dimittendam. quia in pace nos vocavit
deus. Circumcisio nichil est. et preputium nichil est. sed observatio mandatorum
dei. Nichil enim prodest absque operibus celibatus et nuptie. cum etiam fides ...

xpianorum est, si opa non huit, mortua e dicit. Et hac lege virgines que veste
et unionis univire i patrem aucant ordine numerari. Et post rawinium
fuit vocat' es. non pt i ture. sz et si potes liber fi, magis utere. Etia
si habes igit uxorem, et illi alligatus es, et solvis debitum. et non habes tui
corporis potestatem. .ut manifestius loquar, servus uxoris es. noli propter
hoc hrc tristitiam. ut de amissa virginitate suspires. Sed etia si potes causas
aliquas invenire discidii, ut libertate pudicitie perfruaris. noli salutem tua
cu alterius interitu querere. habeto paulisper uxorem. nec praecurras morantem.
Expecta dum sequitur. si egeris patienter. quam mutabitur i sororem. In eo qui
loco ubi tractavimus. cur dixisset paulus. de virginibus aut. dni preceptum non
hbo. ostendimus aut de i tanta mens operius adno, ut sim fidelis. Ita virginitatem
extulimus, ut nuptiarum ordinem servaremus. Si virginitate dominus imposuisset.
videbatur nuptias damnare. et hominum auferre seminarium. Unde et ipsa vir-
-ginitas nascitur. Si precidisset radicem. quomodo fruges quereret. Nisi ante fun-
-damenta iecisset. quomodo ratione hedificium exstrueret. et opertura tecta desup
culmen imponeret. Si radices nuptie. si virginitatem fructum diximus.
Si fundamentum matrimonium. et hedificium, ut culmen, perpetuam castitatem. quis qui
ut tam invidus, ut tam animo obtrectator vivet erit. ut i eade domo hedificium
et culmen videat. et fundamentum quod hedificium et culmen portat ignoret.
Porro i alio loco ponitur apli testimonium i quo ait. alligatus es uxori. noli
querere solutionem. Solutus es ab uxore. noli querere uxorem. Ubi ipsa subiecit.
querere solutionem. Solutus es ab uxore. Reddo in meum, et tu teneo tuum. Si alligatus
sit unusquisque meum terminos suos. Reddo in meum, et tu teneo tuum. Si alligatus
es uxori. ne illi des repudium. Si solutus sum ab uxore. non queram uxorem.
Sicut ego non solvo coniugia si semel ligata sunt. Ita tu non liges quod solutum e.
Sed et i alio testimonio quod de virginitate et de nuptiis ponimus. aperti-
-ssime declaratur. Non imponit nobis apostolus laqueum. nec cogit esse quod no-
-lumus. Sed suadet quod honestum est et decorum. et intente facit servire dno.
et semper esse sollicitum. et expectare paratam dni voluntatem. Sed cum quod im-
-peraverit. quasi strenuus et armatus miles statim impleat quod preceptum e.
et hoc faciat sine ulla distentione. Que data e per ecclesiasten hominibus huius mundi.
ut ~~dividunt~~ distendantur i ea. In fine quoque comparationis nuptiarum et virginum disputa-
-tione mea hoc sermone conclusimus. Ubi bonum. et melius est. Ibi boni et
melioris non unum est premium. Et ubi non unum premium. Ibi utique dona diversa.

simul certe quod inter nuptias et virginitatem quantum inter non peccare et bonum facere. immo ut levius dicam. quantum inter bonum et melius. Porro in sequentibus cum diceremus finita disputatione coniugiorum et virginitatis et inter utrumque cauto moderamine preceptorum nec ad sinistram nec ad dexteram declinaret. sed via regia gradientur. et illud impleret ne sis multum iustus. Rursus monogamiam digamie comparans. et quomodo nuptias subdiderat virginitati. ita digamiam nuptiis subdidit. nonne perspicue ostendimus quid sit in scripturis dextra et quid sinistra. et quid significet ne sis multum iustus. quod dudum sinistra sit. si iudeorum et gentilium sequamur libidinem et semper estuemus ad coitum. dextra si manicheorum sequamur errorem. et simulata pudicitia impudicitie retibus implicemur. Via autem regia sit ita appetere virginitatem, ut nuptie non damnentur. Preterea quis tam iniquus meorum opusculorum iudex erit. ut prima matrimonia damnare me dicat. cum etiam de secundis dixerim. Concedit apostolus secundas nuptias. sed volentibus, sed his que se continere non possunt. ne luxuriate in Christo nubere velint. habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt. et hoc concedit quia multe abierunt retrorsum post sathanam. Ceterum beatiores erunt si sic permanserint. et statim subiungit apostolicam auctoritatem secundum meum consilium. Porro ne auctoritas apostoli quasi hominis levior videretur. addidit. Puto autem quod et ego spiritum dei habeam. ubi ad continentiam provocat. ubi non hominis sed spiritus dei consilium est. ubi autem nubendi concedit veniam, spiritum dei non nominat. sed prudentie librat consilium. ita singulis relaxans, ut unusquisque ferre possit. propositisque testimoniis, quibus apostolus secundas concedit nuptias. statim subiecimus. Quomodo virginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias. et excusabile facit, quod per se non appetitur. ita ob eandem fornicationem concedit viduis secunda matrimonia. melius est enim licet alterum et tertium unum virum nosse quam plurimos. id est tolerabilius est uni homini prostitutam esse quam multis. Cesset calumnia. de secundo hic et de tertio et quotiescumque libet matrimonio disputavimus. non de primo. Ne quis vero quod diximus tolerabilius est uni homini prostitutam esse quam multis. ad primum maritum referat. cum omnis nobis de digamia et trigamia fuerit disputatio. secundum apostolum disputamus. omnia licent. sed non omnia expediunt. Non damno digamos. immo nec trigamos. et si dici potest octogamos. plus aliquid inferam et scortatorem recipio penitentem. Quicquid equaliter licet equali

lance pensandum est. Subsibilat calumniator meus dicens me prima damnare
matrimonia. quis legit nos damnasse digamos aut trigamos. Aliud est non damnare
aliud praedicare. aliud est veniam dare aliud laudare virtutem. Si autem durus in eo videor
quod dixi continentiam aequaliter licet aequali lance pensandum est. Puto non me reum
delorum iudicabit et rigidum qui [illegible] tota virginitati et nuptiis alia trigamus
et octogamus. et [illegible] legem [illegible] christum in carne virginem ipsi non
-nogamum qui unam uxorem [illegible] ut praedicamus primo testatus est. et condicionem
nuptias condemnare. damnat dicto nuptias. quod hic primo est. mulieres. nonne
est. sacerdotes de Aaron, et Eleazar, et Finees stirpe generatos. qui nimirum et ipsi
uxores habuerint. Recte nobis opponeretur [illegible] errore encratitarum contendimus
matrimonia reprobanda. Tatianum encratitarum principem qui abicit matrimonia semper -
pendimus. et vere nuptias damnamus? Referimus virgines et viduas co-
paro. quid de nuptiis sentimus? et quo tres gradus virginitatis viduitatis
-torum virginitate et coniugio fecimus. [illegible] ipsa que scripta sunt. Non negamus beatas
esse viduas que ita post baptismum manserint. nec illarum detraho merito que
cum viris in castitate perdurant. Sed sicut hec maioris apud deum premii sunt
quam nupte coniugali officio fungentium. ita et ipse equo [illegible] animo virgi-
-nitatem sibi preferri. Ad galathas vero testimonium apostoli ponentes ex operibus
legis non iustificabitur omnis caro. [illegible] infirmitatem in aliud. Ope-
ra legis et nuptie sunt. Unde et maledicuntur in ea qui non habent filios. Sunt
concedentur in evangelio aliud est indulgentiam infirmitati tribuere. aliud
et virtutibus premia polliceri. Ecce post primas nuptias quam gradu in evan-
-gelio. quod in eo gradu in suo officio permanentes premia castitatis accipere non possunt.
Quod si indigne accipiunt maritis non in [illegible] scriptura [illegible]. immo
episcopi et presbyteri et diaconi et universo choro sacerdotali [illegible]
cognoverunt hostias offerre non posse si opere fungantur coniugali. Sed et in eo
loco ubi de apocalypsi testimonium posuimus. nonne manifestum est quod de virginibus
et viduis et coniugibus sensimus? hi sunt qui cantant canticum novum. quod
nemo potest cantare nisi qui virgo est. hi sunt primitie dei et agni. et sine
macula. si virgines primitie dei sunt. ergo vidue et in matrimonio continentes
erunt post primitias. id est in secundo et tertio gradu. viduas ponimus et conti-
-nentes et heretico furore dicimur damnare nuptias. in multis sunt que per
librum cautio moderamine de virginitate. de viduis de nuptiis. Apponi

Sed brevitatis studio unum adhuc ponam testimonium. cui non fero Adamantium
meum cum quam [illegible] reprobare voluit aut contradicere? Nam cum proposuisset
quod dominus Jesus ad nuptias in Chana galilee vocatus [illegible] s. [illegible]
i. semel iuit ad nuptias. semel docuit esse nubendum. Et tunc virginitati
poterit officere si nuptias post virginitatem et viduitatis castimoniam
non in gradu tertio poneremus. Nunc autem cum hereticorum sit damnare coniugia
et dei spernere conditionem. Quicquid de laude dixerint nuptiarum libenter
audimus. Ecclesia enim non damnat matrimonia sed subicit. nec abicit.
sed dispensat. Sciens sicut supra diximus in domo magna non solum esse
vasa aurea et argentea. sed et lignea et fictilia. et alia esse in honorem.
alia in contumeliam. et quicumque se mundaverit eum futurum esse vas honorabile
et necessarium in omne opus bonum paratum. Quicquid igitur dixerit de laude
nuptiarum libenter audimus. laudari nuptias libenter audimus. et
nuptias condemnamus? Ecclesia matrimonia non damnat sed subicit. Ve-
litis nolitis. maritum subicit virginitati et viduitati etiam nuptias.
Sed nuptias in suo opere permanentes subicit non damnat. nec abicit sed
dispensat. In potestate vestra est si velitis secundum pudicitie gradum scan-
dere. Quid indignamini si in tertio stantes nolitis ad superiora properare.
Igitur cum totiens et tam crebro lectorem admonuerim. et per singula pene
tractatuum milia [illegible] maior [illegible] me ita suscipere nuptias ut
[illegible] continentes. viduas. virgines. ac preferrem. Debuerat prudens
et benignus lector etiam ea que videntur dura estimare doctoris. et
non in uno atque eodem libro condemnare me dulces [illegible] protulisse. Quis enim
tam hebes et sic in scribendo rudis. ut idem laudet et damnet. hedifi-
cata destruat. destructa hedificet. et cum adversarium vicerit. suo novissime
sine mucrone feriatur. Si rusticani homines et vel rhetorice vel diale-
tice artis ignari detraherent michi. tribuere veniam imperitie. nec ac-
cusationem reprehenderem. ubi non voluntatem in culpam cernerem sed ignoran-
tiam. Nunc vero cum diserti homines et liberalibus studiis erudita magis velint
ledere quam intelligere. brevem sine responsum habeant. corrigere debere
eos peccata non reprehendere. Patet campus. stat de contra acies. ad-
versarii dogma manifestum est. et ut virgilianum illud inferam
illum aspice qui venit. Respondeant adversario. Nihil teneant modum

. i. disputa

in disputando · aliter in agro in docendo · et me in libris suis quid ille preter
misfun[..] vel addi dexterum docuerit · Reprehensores non audio · Sequor magistros ·
Pyrrian · Delicata doctrina est ictus dictare de muro · et cum ipse unguentis delibutus sis
cruentum militem accusare formidinis · nec hoc dicens statim iactantie reus fio quasi
certantibus dormientibus solus certaverim · Sed dico cauto eos pugnare
qui me viderint vulneratum · Nolo tale certamen in quo te tantum protegas · et
torpente dextra · sinistra clipeum circumferas · Aut feriendum tibi est aut
cadendum · Non possum te existimare victorem nisi adversarium videro trucidatum ·
legimus o eruditissimi viri in scholis pariter · et aristotelica illa de gorgie
fontibus manantia simul didicimus · plura videlicet esse genera dicendi · et inter
cetera aliud esse gymnasticos scribere · aliud dogmaticos · In priori vagam esse
disputationem · et adversario respondentem · nunc hec nunc illa proponere · argu
mentari ut libet · aliud loqui · aliud agere · panem ut dicitur ostendere · lapidem
tenere · In sequenti autem aperta frons · et ut ita dicam ingenuitas necessaria est · Aliud
est querere · aliud diffinire · In altero pugnandum · in altero docendum est · Tu me
stantem in prelio et de vita periclitantem · studiosus magister doceas · Noli
ex obliquo · et unde non putaris vulnus inferre · Directo percute gladio ·
Turpe tibi est hostem dolis ferire · non viribus · Quasi non et hec ars summa pugna
-rum sit · aliud minitari et aliud percutere · legite obsecro vos demostenem · le
-gite tullium · ac si forsitan rethores vobis displiceant · quorum est verisimi
lia magis quam vera dicere · legite platonem theofrastum xenofontem ari
stotilem · et reliquos qui de socratis fonte manantes · et diversis cucurrere
rivulis · Quid in illis apertum quid simplex est? Que verba non sensuum?
Qui sensus non victorie? Origenes methodius eusebius apollinaris
multis versuum millibus scribunt adversum celsum et porfirium · Considerate
quibus argumentis · et quam lubricis · problemata diaboli spiritu contexta sub
-vertant · et qui interdum coguntur loqui non quod sentiunt · sed quod neces
-se est dicunt adversus eos qui dicunt esse gentiles · taceo de latinis scriptoribus
tertulliano cypriano minutiano victorino lactantio ylario ne non tam
me defendisse quam alios videar accusasse · paulum apostolum proferam · quem
quotienscumque lego videor mihi non verba audire sed tonitrua · legite epistolas eius
et maxime ad romanos · ad galathas · ad ephesios · in quibus totus
in certamine positus est · et videbitis eum in testimoniis que sumit de veteri

testamento? quam artifex? quam prudens, quam dissimulator sit eius quod agit. Videntur verba simplicia et quasi innocentis hominis ac rusticani, et qui nec facere nec declinare noverit insidias. Sed quocumque respexeris fulmina sunt. Heret in causa, capit omne quod tetigerit, tergum vertit ut superet, fugam simulat ut occidat. Calumniemur ergo illum, atque dicamus ei: testimonia, quibus contra iudeos vel ceteras hereses usus es, aliter in suis locis, aliter in tuis epistolis sonant. Videmus exempla captiva servire tibi ad victoriam, que in suis voluminibus non dimicant. Nonne nobis loquitur cum salvatore: aliter foris, aliter domi loquimur? Turbe parabolas, discipuli audiunt veritatem. Phariseis proponit dominus questiones et non edisserit. Aliud est docere discipulum, aliud adversarium vincere. Mysterium meum michi, mysterium meum michi et meis. Et vos indignamini quod Iovinianum non docui sed vicerim? Immo indignantur hi qui illum anathematizatum dolent, et cum audent quod sunt, accusant quod se simulent. Quasi vero rogandus fuerit ut vinceretur, et non invitus ac repugnans in vincula ducendus. Et hec dicerem, si cum aliquid studio vincendi in disputatione aliquid locutus fuissem, et quasi viri fortes in controversiis solent facere, culpam primo removerem. Nunc vero cum interpres magis apostoli fuerim quam dogmatistes, et commentatoris sim usus officio, quicquid durum videtur, magis imputetur ei quem exposuimus, quam nobis qui exposuimus. Nisi forte ille aliter dixit, et nos simplicitatem verborum eius maligna interpretatione detorsimus. Qui hoc arguit, de ipsa scriptura probet. Diximus: Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere. Nichil enim bono contrarium est nisi malum. Si autem malum est et ignoscitur, ideo conceditur ne malo quid deterius fiat. Et certe utrasque ad propositione altius aspice. Hec ideo publicamus, quia apostolus dixit: Bonum est homini mulierem non tangere; propter fornicationem autem unusquisque uxorem habeat. Et unaquaeque suum virum habeat. In quo differunt mea verba a sententia apostoli? Nisi forte in eo quod ille pronuntiat, ego dubito; ille definit, ego sciscitor; ille aperte dicit: Bonum est homini mulierem non tangere; timide ego quero: si bonum est mulierem non tangere? Si dubitantis est, non confirmantis. Ille dicit: Bonum est non tangere; ego quid bono contrarium esse possit adiungo. Statimque infero consequenter ac videte apostoli prudentiam. Non dixit: Bonum est uxorem non habere, sed bonum est mulierem non tangere, quasi et in tactu periculum sit; quasi qui illam tetigerit non evadat. Videtis ergo non de coniugibus nos

exponere, sed de totius comparationis disputare. Quod ad comparationem pudicitiae et
virginitatis et angelicae similitudinis, bonum sit homini mulierem non tangere. Vanitas
vanitatum dicit ecclesiastes, vanitas vanitatum et omnia vanitas. Si omnes creature
bone et a bono creatore condite, quomodo universa vanitas? Si terra vanitas, numquid
celi et angeli, troni, dominationes, potestates ceteraeque virtutes? Sed quae per se bona
sunt, ut a bono creatore condita, ad comparationem maiorum vanitas appellantur.
Verbi gratia lucerna lampadis comparatione pro nichilo est. Lampas stelle col
-latione non lucet. Stellam lune confer et ceca est. Lunam soli iunge, non rutilat.
Solem Christo confer, et tenebre sunt. Ego sum inquit qui sum. Omnis igitur creatura si deo
conferatur non subsistit. Ne tradas igitur, Hester, hereditatem tuam his qui non sunt, dis
ydolis scilicet et demonibus. Et certe erant ydola demones, quibus ne traderetur
orabat. In Iob quoque legimus Baldad dixisse de impio: Avellatur de taber
-naculo suo fiducia eius, et calcet super eum quasi rex interitus. Habitent in taber
-naculis illius socii eius qui non est. Haut dubium quin diabolus qui cum habeat
socios, non autem haberet si non esset, tamen quia deo periit non esse dicitur. Ergo et
hanc comparationis sensum malum esse mulierem tangere, licet uxoris
nulla facta sit mentio. Si bonum est non tangere, et [illegible]
frumentum, nuptias ordeum. Formentoes [illegible] bubulus [illegible].
Sequitur: frumentum et ordeum [illegible] est. Unde et in evangelio maior tibi
ordearios panes [illegible] frumentarius [illegible]. Dominus [illegible] et [illegible]
menta [illegible] [illegible]. [illegible]
[illegible] virginitatem et nuptias dixit [illegible]
[illegible] non sit coinquinata. [illegible] omnes [illegible]
non permanserunt ad comparationem purissime et angelice castitatis et
[illegible] esse pollutos. Quod sicut apertum et [illegible]
videtur. Tantum nos inter virginitatem et nuptias [illegible] distantia [illegible]
inter frumentum et ordeum est. [illegible] de [illegible] et [illegible]
[illegible] de virginitate et nuptiis disputantes [illegible]
ita [illegible] amplius [illegible] ut studia integritatis extinguerent [illegible]
-tione [illegible] [illegible] remedia descendit. [illegible]
[illegible] nuptie [illegible] demonstrasti [illegible]
[illegible] ut non desperarent et [illegible]
[illegible] et ipse quia dominus Iesus [illegible] panes ordeacios [illegible]

deficerent. cuius corpus purum ut ad regnum tendent demonstrat. Et in con
sequentibus. Non ergo copula nuptialis quasi culpa vitanda: sed quasi necessitatis sarcina
declinanda est. Lex enim astringit uxorem ut in laboribus et sordibus filios generet.
Conversio eius ad virum sit ut ei [illegible] dominetur. Ergo laboribus et doloribus
in generatione filiorum addicitur nupta non vidua. et [illegible] [illegible] producere
[illegible] non virgo. Et in alio loco. Pretio igitur empti estis. nolite fieri servi
hominum. Videtis quam evidens coniugii sit definitio servitutis. et post pauca.
Si ergo bonum coniugium: sed ut malum. quid est quod nequeat se [illegible] [illegible]
sed perdere. Consulta a nos de virginitate et nuptiis. Lato sermone diffu
dum est. [illegible] [illegible] [illegible] in paucis multa [illegible]. Vir
ginitatis [illegible] [illegible] [illegible] nuptias [illegible] incontinentie predicantur.
Et significant a maioribus ad minora descendens. Virginibus bravium superne
vocationis ostendit. nuptas ne in via deficiant consolatur. Alios laudat
alios non despicit. Continentia ordo [illegible] [illegible] corpori operatur. Et
[illegible] multo minorem distantiam inter frumentum esse et ordeum. quam inter
[illegible] [illegible]. De nuptiis dicit quasi necessitatis sarcina declinande.
et diffinitionem esse evidentissime servitutis. et multa alia que in meo libello
de virginibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est. me nichil
novum de virginibus [illegible] [illegible]. Sed maiorum in omnibus secutum esse senten
tiam [illegible] [illegible] ecclesiasticis dogmatibus disputarunt. quorum
[illegible] [illegible] negligentiam. [illegible] [illegible] diligentiam. Veniet
[illegible] mariti qui dixit. Oro te quale illud bonum est quod orare prohibet
quod corpus Christi accipere non permittit. Quamdiu impleo mariti officium. non impleo
continentis. Iubet idem apostolus alio loco ut semper oremus. Si semper orandum est.
nunquam ergo coniugio serviendum. quia quotienscumque uxori debitum reddo. orare
non possum. [illegible] [illegible] est. [illegible] illud apostoli [illegible]
[illegible] fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi.
[illegible] apostolus dicit. quod cum uxore [illegible] orare non posse. [illegible]
ad continentiam cohortatur. ne impediantur orationes vestre. Quod hic apostolus
[illegible] est. Quid commorem. Quid [illegible]. Si turbide et nebulose
[illegible] fluunt. non est culpa fontis. Interrogo aliquem qui [illegible]
[illegible] adverte. Quale illud bonum est. quod corpus Christi accipere non permittit
Ad hoc breviter respondebo. Quid est maius orare an corpus Christi accipere

Quod si corpus Christi. Si prohibetur quod minus est et impeditur, multo magis quod
maius est. Diximus in eodem volumine panes propositionis ex lege non potuisse
comedere David et pueros eius, nisi se triduo mundos a mulieribus responderent,
non utique meretricibus quod damnabatur ex lege, sed uxoribus quibus licito
iungebantur; et populum quando accepturus erat legem in monte Syna triduo
dierum iussum esse abstinere ab uxore. Scio Rome hanc esse consuetudinem ut
fideles semper Christi corpus accipiant, quod nec reprehendo nec probo; unusquisque
enim in suo sensu habundat. Sed ipsorum conscientiam convenio qui eodem die post
coitum communicant, et iuxta Persium noctem flumine purgant.
Quare ad martyres ire non audent? Quare non ingrediuntur ecclesias? An
alius in publico, alius in domo Christus est? Quod in ecclesia non licet, nec domi
licet. Nichil deo clausum est, et tenebre quoque lucent apud eum. Probet se
unusquisque, et sic ad corpus Christi accedat. Non quod dilata communionis unus
dies aut biduum sanctiorem efficiat christianum, ut quod hodie non merui
cras vel perendie merear; sed quia doleo non communicasse me corpori
Christi, abstineam me paulisper ab uxoris amplexu, ut amori coniugis
amorem preferam Christi. Durum est et non ferendum. Quis hoc sustinere
potest? Qui potest sustinere sustineat; qui non potest, ipse viderit. Non nostrum
est quid unusquisque possit aut velit, sed quid scripture precipiant
dicere. Illud quoque in commentariolis meis eiusdem apostoli capitulum in quibus disse-
rui nequaquam puto ei quod sequitur, ut vacetis orationi, et iterum
revertimini ad idipsum, apostolum velle hoc et non propter maiorem sanctitatem concedere
[illegible]. Ne temptet vos satanas propter incontinentiam vestram. Pulchra
[illegible] indulgentia, et iterum ad idipsum quod erubescit suo vocare nomine quod
temptaturus sit satanas, quod causa sit incontinentia. Laboramus quasi obscurum
dissimulare, cum exposuerit se ipse qui scribit. Hoc autem dico iuxta indulgentiam,
non iuxta imperium. Et mussitamus adhuc nuptias non vocari indulgentiam sed
preceptum, quasi non eodem modo et secunde et tertie matrimonia concedantur et relaxantur.
Quid hic locutus sum quod aplius non dixerit? Nimirum illud quod erubescit
suo vocare nomine. Ego arbitror quod dicat ad idipsum et reliqua vestram tacet
suo vocare nomine, ut verecunde ostenderet. Anne sequitur quod ne
non eum nominare palam voluit. Sed nunc unde ostendere: An [illegible] sequitur quod ne
temptet profecto sathanas, quod causa sit incontinentia? Nonne aliquid verborum ordine
idipsum est. Ne temptet vos sathanas propter incontinentiam vestram? An quia [illegible]

et mussitamus adhuc nuptias non vocare indulgentiam sed preceptum. Quod si dixeris
est imperium, apostolo dicente: hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum preceptum.
et non hunc quem excerpsimus de posteriore ordine, nec sensum nec verba mutavi. Transe-
amus ad reliqua. Epistolaris enim brevitas festinat oratio. Dico inquit apostolus in-
nuptis et viduis: bonum est eis si sic permanserint ut ego. Si autem non se continent
nubant. Melius est enim nubere quam uri. Quod semel nos per interpretationem sumus. Postquam
nuptis concesserat usum coniugii et ostenderat quid vellet, quid ve concederet, tran-
sit ad innuptas et viduas, et sui ponit exemplum, et felices vocat si sic permanse-
rint. Si autem se non continent nubant. Id ipsum quod supra dixit: propter fornicationem
autem, et ne temptet vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Redditque causam cur
dixerit si non se continent nubant: melius est enim nubere quam uri. Ideo melius
est nubere, quia peius est uri. Tolle ardorem libidinis, et non dicet melius
est nubere. Melius semper ad comparationem deterioris respicit, non ad simplicitatem
incomparabilis per se boni. Velut si dicatur: melius est unum oculum habere quam nullum,
et post paululum cum apostropham fecit ad apostolum inquit: Si propter nuptie
bone, non erat tamdiu operire. Si dicit amplius bonum est nubere. Suspecta
est mihi bonitas eius rei quam magnitudo alterius mali malum esse cogit inferius.
Ego autem non levius malum, sed simplex per se bonum volo. Vult autem apostolus innuptas
et viduas absque coitu permanere, et ad exemplum sui provocat, et felices vocat si sic
permanserint. Si autem se continere non possunt, et ardorem libidinis non castitate incontinentia
nolunt quam fornicatione restringere, melius est potius nubere quam uri. Ad quod
... melius est nubere quia peius est uri. Non ... comparatione proferentes.
Si interpretamur apostoli melius est nubere quam uri, id est melius maritum ducere
quam fornicari. Si enim ut fornicari bonum est dormire, tunc bono malum preferemus.
Si autem nubere melius quod malo prefertur, non est germane et verae integritatis,
nec est ... quam angelis comparatur. Si dicto melius est virginem esse quam nuptam,
bono melius praetuli. Si vero alterum gradum fecero melius est nubere quam fornicari,
ibi non bono melius, sed malo bonum praetuli. Multa diversitas est inter melius
quod nuptias, et inter quod fornicationem antecedit. Obsecro te quid in hac
disputatione peccavi? Propositum mihi erat non ad meam voluntatem scripturam
trahere, sed hoc dicere quod scripturas velle intelligebam. Commentatoris officium
est non quid ipse velit, sed quid sentiat ille quem interpretatur exponere. Alioquin
si contra dixerit, non tam interpres erit quam adversarius eius quem nititur explanare.

Certe ubicumque est scriptura non interpretor. et libere de meo sensu loquor. Arguat
me quilibet durum aliquid dixisse in nuptias. Quod si non repperit. quidquid ut austerius videtur
et ut ita dicam durius. id non praecessoris auctoritati sed interpretis officio deputetur. Illud vero
forte quis possit quod nunc reprehenditur. Quare exponentes capitulum apostoli
in quo de coniugibus propter tribulationem carnis habebunt huiusmodi. diximus
nos ignari putabamus nuptias saltem carnis habere laetitiam. Si autem nubentes
et in carne tribulatio est. sola in qua videbantur habere delicias. quid erit reliquum
propter quod nubant. cum et in spiritu et in anima, et in ipsa carne tribulatio sit. Ecce
hic condemnatio matrimonii est. si infantium vagitus: filiorum mortes. uxor
abortiva. damna domus. et cetera huiusmodi tribulationes exponimus nuptiarum. Dum
adviveret sanctae memoriae Damasus. librum contra Helvidium de beatae Mariae virginis
perpetua virginitate scripsimus. in quo necesse nobis fuit ad virginitatis beatitudinem praedicandam
multa de molestiis dicere nuptiarum. Num vir egregius et eruditissimus in scripturis
et virgo ecclesiae virginis doctor, aliquid in illo sermone reprehendit. In libro quoque
ad Eustochium multo duriora de nuptiis diximus. et nemo super hac re laesus
est. Immo quisque castitatis amator. praeconium pudicitiae intenta aure captabat. lege
Tertullianum. lege Cyprianum. lege Ambrosium. et cum illis me vel accusa. vel
libera. Inventi sunt plautinae familiae. et studii tantum ad detrahendum. qui in eo
se doctos ostentare voluerunt. si omnibus detraherent. et in una atque eadem causa cum
et me et adversarium. id est utrumque reprehendant. sed cum de duobus alterum necesse sit
vincere. amborum victos se ostendant. Porro de digamis et trigamis diffinivi,
dixeram melius est licet alterum et tertium virum unum nosse quam plurimos.
id est tolerabilius est uni homini prostitutam esse, quam plurimis. Nonne statim
cum hoc dicerem subieceram: Denique et illa in evangelio Samaritana sextum
maritum se habere dicens, arguitur a domino quod non sit vir eius. Ego certe nunc
libera voce proclamo non damnari in ecclesia digamiam immo nec trigamiam.
et ita licere quinto et sexto et ultra, quomodo et secundo marito nubere. Sed quomodo
non damnantur hae nuptiae, ita nec praedicantur. Solacia miseriae sunt non laudes
continentiae. Unde et alio loco dixi. Cum unus maritus capitur, nihil
refert prior sit an secundus. dum sit monogamia. Omnia licent. sed
non omnia expediunt. Non damno digamos. immo nec trigamos. et si dici potest
nec octogamos. Habeat quilibet octavum maritum, et esse desinat prostituta. Verum
et ad illum locum venio quo arguor, quare dixerim de secundo die tacuisse in hebraica veritate.

Ideo secundo non addidit sicut in primo et tertio et reliquis, vidit deus quia bonum est.
statimque subiciens, ut nobis intelligentiam dereliquit non esse bonum duplicem
numerum, quia ab unione dividat et praefigurent foedera nuptiarum. Unde et in-
-archa Noe omnia animalia quaecumque bina ingrediuntur immunda sunt. Impar numerus
est mundus. Nescio vero quid reprehendant. Iterum de secundo die utrum quia
bonum est, et scriptum non esse diximus. Aut quia etiam si scriptum non est aliorum
interpretum quoque vobiscum simpliciter pariter scriptum non esse, in secundo die vidit deus
quia bonum est. Non meum accipiant testimonium, sed Hebraeorum, et ceterorum
interpretum, Aquilae dico, et Symmachi et Theodotionis. Si autem scriptum non est
cum in ceteris diebus scriptum sit, aut reddant aliquam probabiliorem causam, quare
non scriptum sit, aut si non repperiunt, ingratis suscipiant quod a nobis dictum est.
Porro si in archa Noe omnia animalia quae bina ingrediuntur immunda sunt, impari
numero est mundus. Et hoc scriptum esse nemo dubitat. Quare scriptum sit edisserant.
Si autem non edisserunt, quod a me expositum est, velint nolint suscipiant.
Aut proferant meliores epulas, et meo quamvis vere, aut qualicumque convi-
-vio gratias agant. Paene nunc commemorandum mihi est quanti scriptorum de impari
numero disputaverint. Clemens, Hippolytus, Origenes, Dionysius, Eusebius,
Didymus, nostrorumque Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius.
Quorum Cyprianus de septenario, id est impari numero disserens, quid et quanta dixerit
ad Fortunatum, liber illius testimonio est. An forsitan Pythagoram et Archytam
Tarentinum et Publium Scipionem in sexto de republica de impari numero disputan-
-tes. Et si hos audire noluerint, contritores mei grammaticorum scolas iussa
faciam reclamare: numero deus impare gaudet. Grande piaculum. Eudoxe
et cetera. Si eos audire non possunt, cum mundiorem intrarent ... diximus
ad nuptias. Et paterer numerum imparem publicum. Et veteri testamento
totum evangelium dictum deprimere monstraremus. Certa quae in libro meo ... posita
sunt. Ut leviora puto, ut ad eundem primum pannona (?) ... respondere
noui ... magnitudines. Et tuo videor ingenio detrahere.
Quod vulgus cave meo ... hoc ... voce praedicare
me non damnasse nuptias, nec damnare. Respondisse adversario, non maiores
insidias formidasse. Comprimetur autem in illo fuero, non a se (?) ... quia magis
miror quod non ... Ingenua et verecunda confessio est, quo usque ...
... Nunquam quia gravi corpore terrae ... heroo.

ximum non minor volatus? Nec columbam predico qui gradiatur iter liquidum.
tolerent, neque commovet alas. Nullus se decipiat, nemo blando adulatore
precipitet. Prima est virginitas a prima nativitate, secunda virginitas
a secunda nativitate. Non est meus sermo, antiqua sententia est. Nemo potest duobus
dominis servire, carni et spiritui. Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem.
Hec invicem sibi adversantur, ut non que volumus illa faciamus. Quando
aliquid tibi asperum videtur in meo opusculo, non ad me sed ad scripturas respicias, sed ad scri-
-pturas sancti ... tracta per verba. Christus virgo, mater virginis nostri virgo
perpetua mater et virgo. Ihesus enim clausis ingressus est hostiis, et in sepulcro
eius quod erat novum, et in petra durissima fuerat excisum, nec ante quisquam nec
postea positus est. Ortus conclusus, fons signatus, de quo fonte flumen
ille manat iuxta Amos qui irrigat torrentem, vel funium vel spinarum.
funium peccatorum quibus ante alligabamur, spinarum que suffocabant sementem patrisfami-
-lias. Hec est porta orientalis, et ut Ezechiel semper clausa et lucida, et
operiens in se vel ex se proferens sancta sanctorum, per quam sol iustitie et pontifex noster
secundum ordinem Melchisedech ingreditur et egreditur. Respondeant mihi
quomodo Ihesus clausis ingressus sit hostiis, cum palpandas manus et latus
considerandum, et ossa carnemque monstraverit, ne veritas corporis fan-
-tasma putaretur. Et ego respondebo quomodo sancta Maria sit et mater et virgo.
Post partum virgo, mater antequam nupta. Igitur ut dicere ceperamus, Christus virgo,
virgo Maria, utriusque sexus virginitatis dedicavere principia. Apostoli vel
virgines vel post nuptias continentes. Episcopi presbyteri diacones aut virgines eli-
-guntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in eternum pudici. Quid nos
ipsos illudimus et irascimur, si incitamentorum ... ad coitum perpetua pudicitie
denegentur? Volumus epulari, comedere, uxorum herere complexibus,
et in numero virginum et viduarum regnare cum Christo? Idem igitur premium
habebit fames et ingluvies, sordes et munditie, saccus et sericum?
Et Lazarus recepit mala in vita sua, et dives ille purpuratus, crassus
et nitidus, fruitus carnis bonis dum adviveret, sed diversa post mortem
tenent loca; miserie delicie, delicie miserie commutantur. In nostro arbitrio est
vel Lazarum vel divitem sequi. Explicit.

Incipit epistola eiusdem Jeronimi ad Pammachium.

Christiani interdum pudoris est etiam apud amicos tacere, et humi

- litteras tuas magno silentio conplare quam retractando veteres amicitias Ambi-
-tionis crimen incurrere. Qua diu tacuisti tacui. nec expostulare umquam
super hac re volui ne non amicum querere sed potentiorem viderer expetere.
Nunc autem provocatus officio litterarum primas per partes habere temptabo.
et non tam scribere quam rescribere. ut et verecunde hucusque tacuisse. et
verecundius locum coepisse cognoscas. De opusculis meis contra Iovinianum
quod et prudenter et amanter feceris exemplaria subtrahendo. optime nov-
i. Sed nichil profuit ista diligentia. cum aliquanti ex urbe venientes mihi
eadem lectitarent. que se Rome excepisse referebant. In hac quoque provincia iam
libri fuerant divulgati. et ut ipse legisti, nescit vox missa reverti.
Non sum tante felicitatis quante plerique huius temporis tractatores. ut nugas
meas, quando voluerim, emendare possim. statim ut aliquid scripsero, aut ama-
-tores. aut invidi. diverso quidem studio. sed pari certamine in vulgus
nostra disseminant. Et vel in laude vel in vituperatione nimii sunt. non
meritum stili. sed proprium stomachum sequentes. Itaque quod solum facere
potui apologeticon ipsius operis [illegible] misi. Quod cum legeris
aut tu pro nobis aliis satisfacies. aut [illegible], ita apud
[illegible] in qua de virginitate et nuptiis disputat. aliis differere com-
-pelleris. Nec hoc quasi dico. quod te ad respondendum provocem. [illegible] litteris
[illegible]. Sed alios qui nos lacerant. ut facere compellas. Noverint
[illegible]. videntur [illegible]. possunt me non reprehendere sed docere. et aliquid
[illegible]. magis opus illorum comparatione mea interpretatio negligetur.
Lege queso te et diligenter apostoli verba considera. et tunc videbis me propter calu-
-mniam declinandam. multo plus quam ille voluit. in maritos fuisse clementem.
Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Cesariensis, Didimus, Apollinaris
hanc epistulam latissime interpretati sunt. Quorum Pierius cum sensum apostoli venti-
-laret atque dissereret. et proposuisset illud exponere. volo autem omnes
esse sicut me ipsum, adiecit. Quod hic [illegible] divinam conti-
-nentie [illegible]. Denique amici quos [illegible]
memoriam [illegible] et [illegible] fuere. et [illegible]
[illegible] provincie. [illegible] totius urbis [illegible].
Iudicio pontificis et [illegible] voluntate [illegible] congruere. omnis [illegible]
[illegible] sacerdotum. [illegible] quos [illegible]

de hebreo sermone in grecum . et dolorem in libro paralipomenon . . . . . .
cetera clausa armario non tenere transtuli nuper vos in linguam nostram . aut
emendare in sancta mea virtute confirmare mea patres mutuari . lego eundem
[illegible] et latinis . et veteres editiones nostre translationi compara . et legendo probabis
grecum et latinum . et veterem editionem nostra translatione compara . et liquido probabis
quam distet inter veritatem et mendacium . aliquam audeas ammoneamus in omnibus
[illegible] . Ego prius de eo loquar . Samuel quoque et Malachim . id est . iiij . Regum novos . et
xij . Ego prius de eo . . . . humanas scripturas . . .
si legere volueris . . . probabis quante difficultatis sit . . . . .
et interpretatus sum . . . apud grecos . . . . . .
orationis labuntur . apud nos stare . . . . . . oratio quam
. . . ratione . . . . . . ne loquar . . . . . .
. . . si sit eloquium . . . . fugit . . . non
. . . philosophorum . . . . loquatur
omnium gentium .

Explicit . ad pammachium .

Incipit epistola beati Ieronimi ad pammachium et marcellam

Rursum orientalibus vos locupleto mercibus . et alexandrinas opes romam vere transmitto . deus ab austro veniet . et sanctus de monte pharan . umbra condensa . unde et sponsa letatur in cantico canticorum dicens . in umbra eius cupivi et sedi . et fructus illius dulcis in faucibus meis . vere nunc completur . . . . . . in die illa erit altare domino in medio terre egypti . ubi abundavit peccatum superabundavit gratia . qui pueros christum fovebant adventum fidei calore defendunt . . . pullos herodis . . . . . manus . . . . . blasphematiz . . . alexandrie . . . orbe repulit tota orbe fugat . . . theophilus . ad hunc . . . . . . ubi nunc . . . amore dei nomen invenit . . . . ubi . . . . prima hominis . . . . ubi . . . . theophilum . . . . . . errores . . . . impudentia . . . . de terra . . . . et eloquentia . et . . . . loquitur . . . . aut . . . . . . generatio aut . . . . nunc aut nonnulli . . . . non . . . . genus . . . nos . . . . negant non . . . . iste dolor . . . .

micantes gladios lacerata corpora rivos sanguinis profluentes unguium tor-
quentium dolores. et belli horrorem pax Christiana commutat. Soli [illegible] huius generis
peccatores. qui contrarias non valent ferre. et quod sermone coguntur dicere
mente condempnant. Et si quando aperta blasphemia publicis auribus fuit revelata
et viderint se ab audientibus circumfremere. tunc simplicitate simulata
dicunt audisse se primum [illegible] magnum dicere. aut nescierint. Cuius eorum
[illegible] inveniantur. non negant quod litteris ostenditur. Quid nunc est [illegible]
ponderi. mutare loca. et diversas lustrare regiones. Et clarissimum
Domini nostri [illegible] discipulos rapidiore dispergere. Si vera cognitionis
[illegible] errores ardorem. ardore fidei communicant. Quid maledictorum pannos
sine fide ornamus. et eorum [illegible] auctorum fidem respirare non valeo.
Num certe nos heretici non sumus. si nos quidem [illegible] crediderint
peccatores. Et nos impietatis fundum non habebimus. Si nostras potuerimus
in nostra aure monstrare. Quid post illi [illegible] perfidiam, vel Ethio-
pissa. et Pardi varietas. si in uno corpore novus apparuit. En papa
Theophilus contra Origenes arguit licentiae hereticum esse. nec errorem defendunt
aut fingunt. ab hereticis immutata. Multorumque dicunt libros similiter de-
pravatos. ut illum non sua fide. sed aliorum teneantur erroribus. Certe hoc
[illegible] hereticos [illegible] sunt. qui iniusto se nos odio persequuntur, mentem sanitatis
turbarunt. et venena serpentis irremediabili dolore testantur. Vos [illegible]
[illegible] lumina accipite. Et grecum et latinum [illegible] hoc anno compositum. ne [illegible]
[illegible] intrant. modo [illegible] vel addita vel mutata. Inania laborasse me
fateor. ut verborum eloquentiam [illegible] interpretationis venustate superarem. Et
intra diffinitas [illegible] currens. nec in amoenia [illegible] eloquentie illius
fluenta non perdere. easdem [illegible] sermone translatum. Quod utrum non
ostendere possim. uno in loco derelinquo. Quartam [illegible] paschalem
[illegible] primo credentes hortatur ad dominicam pascha celebrandam. In fine eius
tere apollinarem et origenem iugulat. in capitulo .i. extremo. [illegible] ad penitentiam
provocatur. Grande autem hic [illegible] Origenes dictum est. et [illegible]
annis copia continetur. et hec quam in annis brevitas. prudentia dicere plura
non debuit. [illegible] apollinarem [illegible] fides. et [illegible] non caret
subtilitate dialectica. [illegible] Origenes [illegible] conclusione confodit.
[illegible] quod in greco placuit in latino non displicuit. et [illegible]

miratur et fodiat in loco geminum Roma suspirat. Predicationemque cathedre
ostendit evangelice in cathedra apostoli post quam predicatione confirmet. Quamque ce-
lebri sermone vulgatum sit beatum dominum papam Anastasium eodem fervore. qui eodem
in illo est. attrahentes hereticos in foveis suis perpetuam. eorum littere docent.
damnandum in occidente. quod in oriente damnatum est. Cum multos invi[illegible]
annos ut hereticos [illegible] plantaria [illegible] longo tempore arc-
-tam morlantur.) ¶ Explicit.

¶ Incipit epistola beati Jeronimi ad domnionem.

Littere tue et amorem sonant pariter et querellas. Amorem quo sedulo
monentis, etiam que tuta in nobis sunt pertimescentis. Querelam eorum qui non amant,
et occasionem offensionis in peccatis querunt ad illum fratrem suum. et in filii in nomine
sue ponunt scandalum. Scribis eos in monasterio quemdam domino. de conventu. de
platheis. circumforaneum monachum. rumigerulum. triviatum. vafrum. et ineptum
ad detrahendum. qui per trabem oculi sui festucam alterius nititur eruere contionari ad-
-versum me. Et libros quos contra Iovinianum scripsi canino dente rodere. lace-
-rare. convellere. hunc dialecticum urbis vestre et plautine familie columnam
non legisse quidem cathegorias aristotelis. non periermenias. non topica. non
saltem ciceronis. [illegible] sed inter imperitorum circulos. mulierculasque convivia.
[illegible] sillogismos. [illegible] texere et quasi sophis-
-mata nostra callida argumentatione dissolvere. Stultus ego qui me putaverim hec
absque philosophis scire non posse. qui meliorem stili partem eam legerim que deleret
quam que scriberet. Frustra ergo alexandri verti commentarios. nec gratis me doctus magister
[illegible]. Introduxit ad logicam. Et ut humana contempnam
sine causa gregorium nazanzenum et didimum in scripturis sanctis catheristas habui.
Nichil mihi profuit hebreorum eruditio. Et ab adolescentia usque ad hanc etatem cotidiana
in lege prophetis evangeliis apostolisque meditatio. Invenitur homo absque preceptore
perfectus. [illegible] qui eloquentia
tullium. argumentis aristotelem. prudentia platonem. eruditione aristarcum. multi-
-tudine librorum calcenterum. didimum scientia scripturarum. omnes sui temporis
vincerent tractatores. Denique dicitur materiam poscere. et ad dextram et ad dextram
aliquid [illegible]. in utramque partem. hoc est et pro iustitia et contra iustitiam disputare.
liberatus est mundus de periculo. et hereditarie al centum iuzales cause de
barathro erute. quod hic forum negligens. ad ecclesias se transtulit. Cuius hoc

volentem fuisset innoxium? Quae enim opera non huius fuisset oratio, cum coepisset in digi-
tos partiri causam et plogismorum suorum retia tendere? Nam si ad colaphos pedem
intendisset oculos, rugasset frontem, iactasset manum, barbam tornasset, nebulas
illico ante oculos offudisset imperitis. Nec mirum si me et absentem, et iam diu
ab usu latinae linguae semigraeculum barbarumque homo latinissimus et
facundissimus superaret, cum Iovinianum, Iesu bone, qualem et quantum virum,
cuius nemo scripta intelligeret, qui sibi tantum caneret et musis, eloquentiae suae
mole oppressit. Quaeso ergo te frater, ut moneas eum ne loquatur contra prophetas,
suum, ne castitatem habitu pollicens, verbis destruat, ne virgo sit matrimonia
commendet, ne maritos virginibus comparet, et frustra ad-
versus homines doctissimos tanto furore digladiatus sit. Audio praeterea
eum virginum et viduarum cellulas circumire, et adducto supercilio de sacris
inter eas litteris philosophari. Quid in secreto, quid in cubiculo, mulieircu-
las docet? Ut hoc sciant virgines esse quod maritatas? Ut florem aetatis
non negligant, ut comedant et bibant, ut balneas adeant, mundi-
tias appetant, unguenta non spernant? An magis pudicitiam et ieiunia
et illuviem corporis? Certe illa praecipit, quae plena virtutis sunt. Fate-
atur ergo publice quod domi loquitur. Aut si et domi eadem docet, quae
publice, a puellarum consortio separandus est. Non erubescit iuvenem et
monachum, ut sibi videtur, disertum, cuius de ore veneres fluunt, qui tantae
in communicando elegantiae sit, ut comico sale et lepore conspersus sit, lustrare
nobilium domos, haerere salutationibus matronarum, religionem nostram pugnam
facere, et fidem Christi contentione subvertere verborum. Atque hic noster, fratrem pro detra-
here? Longe per circuitus ut arbitratus est. In multis enim offendimus omnes. Et
sciamus in verbo non peccat, hic perfectus est vir. Debuit vel arguere vel interrogare
per litteras, quod vir eruditus et nobilis fecit Pammachius. Cui ego respondi
ut potui, et epistola longiore disserui, quo unumquodque sensu dixerim. Imi-
tatus saltem tuam fuisset verecundiam, qui ea loca quae scandalum quibusdam facere
videbantur, excerpta de volumine per ordinem digessisti, postulans ut vel
emendarem vel exponerem. Et non tantae me putes esse dementiae, ut in
uno eodemque libro et praeputium et circumcisionem receperim. Vivat qui paratus
est, peccat non peccando, commentatur se et non loquendo et disputando, sed
tacendo et sedendo noverunt. Legant Ieremiam dicentem: Bonum est

viro cum portaverit iugum domini ab adolescentia sua. sedebit solus et tacebit.
quia levavit super se iugum. Aut si certe non scriptores corporis a tergo singula-
-tim recitans se eruditum putat. et Iovinianum solus intelligit. Est quippe
proverbium: balbum melius balbi verba cognoscere. omnes commentatores appellans
a telo iudice. Ipse quidem Iovinianus omnia litteris subtilissime pertractavit. Cum me su-
perant esse non est ratio que spirare. Nolo enim ille respondeat ut ille. quorum
me auctoritas opinione vincit. Docere non potest. Conbibat quem me iure cur ego lingua
intelligo. quem cum inter omnes homines simul uncorum. Ego cum bene novi.
Ex proposito ... in silentium assurgat. quo turbine torqueat hastam. Fortis
est, et in disputando nodosus et tenax. et qui obliquo et acuminato pu-
gnat capite. Ferre de nocte usque ad vesperam quam nos in plateis clamavimus.
habet latera et ad latera robur. et valde corpulentus est. Videtur mihi
auditor multum dogmatis et ... Proterea tamen erubescit, nec considerat
quid scriptum dicat. et infantium opiniones ... eloquentie ...
et dictata. Quoniam me iste ... stomachari facit et addiscere ad-
-colens. quoniam aspexit et ... Sed hec vulgaria sunt.
et a quolibet disputatoribus mea possunt fieri. Ad liberos pueros admonen-
-dum in posteros transmittenda. Loquamur ... ut de nobis tantus lector
iudicet. Ut quoniam ego dispulsorem gregem suo ... per ... hoc nomine gnatonia
ille formonica vocantur. Non est grande domnion garrire per angulos et
medicorum tabernas. ac de mundo ferre sententiam. hic bene dixit. ille male. iste
scripturas novit. ille delirat. iste loquax. ille infantissimus est. Ut de omnibus
iudicet. ad hoc nullo meruit ... quomodolibet passim ... super ...
et congerere maledicta. non ... est. et paratus sum adhuc
moveat manum. et sicut ... commoveat se. Et quid ... ...
det nobis orationes ... dissuadentium ... ... respondere. ...
lapis ... Et nos didicimus litteras. et nos sepe manum ferule subtraximus.
Et de nobis ... dici potest: fenum habet in cornu. longe fuge. Sed magis volumus
esse discipuli eius qui ait: dorsum meum ad flagella posui. et faciem meam
non averti a confusione sputorum. Qui cum malediceretur. non remaledixit.
Et post alapas. crucem. flagella. blasphemias. novissime pro crucifigentibus
se deprecatur dicens. Pater ignosce illis. quod enim faciunt nesciunt. Et ego
ignosco errori fratris. Intelligo eum diaboli arte deceptum esse. Inter mulierculas

[illegible] et cloacis in triviis. Postquam Romam mea opuscula pervenerunt, quasi
aemulum exhorruit. De me quoque captavit gloriam, ut non esset in terris qui non eius
eloquentia displiceret. Ceteros hic morum (?) ... non patet. Concedit ymo quod
non honorat, quod metuit. Voluit, inquit, homo peritissimus ut veteranus miles
uno rotatu gladii utrumque perimere, et ostendere populis quicquid ipse vellet
hoc scriptura pensaret. Dignetur igitur non sermonem suum mittere, et non reprehendendo
sed docendo garrulitatem nostram corrigere. Tunc intelliget aliam vim fori esse, aliam
triclinii. Non eque inter fusa et calathos puellarum et inter eruditos viros
de divine legis dogmatibus disputari. Nunc libere et impudenter iactat
et vulgus et perstrepit: damnavit nuptias, et inter uteros tumentes infan-
tium vagitus et lectulos maritorum audit apostolum dicentem (?) tacet. Sic me solum
in invidiam vocet. Cum autem ad libros venerit, et vestigia pedum contulerit, et
vel proposuerit aliquid de scripturis, vel audierit responsum, tunc probabit. Tunc
haerebit, tunc conticiscet (?). Longe ... subulci non aderunt. Seta pro-
pha non gemmunt (?). Et nos tela vos ferrum haud debile dextra spargimus,
et nostro sequitur de vulnere sanguis. Porro si non vult docere, et tantum
maledicta agendum putat, audiat tot intercurrentibus terris, fluctibus, [illegible]
[illegible] et hoc clamoris mei. Non damno nuptias, non damno coniugium. Et
ut verius sententiam meam teneat: volo omnes qui propter nocturnos forsitan
metus soli dormire non possunt uxores ducere. Explicit.

Item epistola beati Ieronimi ad virgines Hemonenses.

Parvitas carthule indicium solitudinis est, et ideo longum sermonem brevi spa-
tio coartavi, quia et vobiscum volebam plurimum loqui, et angustia scedule
cogebat tacere. Nunc igitur ingenio est victa paupertas. Cognoscite
litterae, si confabulatio longa est. Et tamen in hoc necessitatis articulo audite
caritatem, cum me nec penuria prohibere valuit scribere nec silere.
Ignoscite, obsecro, dolenti; dico enim lesus, dico lacrimans et irascens.
Unum quidem aperiam, tamen vobis tribuentis officium [illegible]. Scio quod nulla
communicatio lucis et tenebris est, nulla cum angelis Dei et peccatore
societatio. Attamen et meretrix Domini pedes lacrimis lavat, et de
dominorum mensa canes edunt. Et ipse salvator non venit iustos vocare
sed peccatores. Non enim egent sani medico. Et magis vult penitentiam pec-
catoris quam mortem, et errantem oviculam suis humeris refert. Et pro-

- dignum filium revertentem excepit laetus pater. Quum vero apostolus ait: Tu quis es qui alienum servum iudicas? Suo domino stat aut cadit. Et qui stat videat ne cadat. Et invicem onera vestra portate. Aliter sorores hominum livor: aliter Christus iudicat. Non eadem sententia est tribunalis eius et anguli murmurantium. Multae hominibus viae videntur iustae, quae postea reperiuntur pravae. In testaceis vasculis thesaurus saepe reconditur. Petrum ter negantem amare in suum locum restituere lacrimae. Cui plus dimittitur, plus amat. De toto grege siletur, et ob unius morbidae pecudis salutem angeli laetantur in caelo. Quod si cui videtur indignum, audiat a domino: Amice si ego bonus quare oculus tuus nequam est?

Explicit.

Item epistola eiusdem Ieronimi ad Demetriadem virginem. Prima.

ordine. frequenter visita. vinctus ministerio clericorum. Neque sedeat
taliter ac solus ingrediens maculis testimonium tuum. Illud est adiiciendum ei
sicut qui uxorem duxeris. lex te non prohiberet habitare cum coniuge. Cum
uxorum enim consortio cuiusmodi ad regimen sacerdotis promoventur. Maxime
cum apostoli preceptum hoc habeant. Unde uxores virum ad honorem dei
catus eligendum. de non salutaria precepta non ita constringunt. Aliter
coniugati. aliter virgines admonentur. ecclesiastici omnis sublime mini-
sterii. feminarum cum aliis nullo pacto convicta proprie prohibeo.
Ianua diaboli. via iniquitatis. scorpionis percussio. nocivum genus
est feminarum. cum proximat scintilla. incendit ignem. Flamigero
igne peccatum femina operatur parit serpentes. exuritque fundamenta
montium. Ego vidi qui cum viris femine habitant. Visitarium non
deerit diaboli. opus auctorari est admirando dominum. ferreas mentes
libido domat. Si alligaverit quis ignem in sinu. et vestimenta eius
non comburentur. Aut si quis ambulaverit super carbones ignis
et pedes eius non combureret. quoniam credo. non potest toto corde cum domino
habitare qui feminarum accessibus copulatur. Sic dicit. Qui ambulat
simpliciter ambulat confidenter. bene et digne. Sic et oportet
testimonium bonum habere. ex his qui foris sunt. Licet coram domino innocens
tamen coram hominibus bona providenda sunt. quia et astuciores sunt filiis lucis
filii. cognoscuntur. Cum ante hoc crimine non imputatur. Cum per
hanc diabolus te conv. luce te devoravimus morsibus tradidisti. Si agapetam
consortium non dimisisti. benignus es. gaudeo. pudicus es. falsum est.
Si pudicitiam queris. feminam quam bene videris querentes. incede dili-
gentius non corporali frequentia. ornatum non vestis tenera clerum facit
aut sacerdotem. Sed castitas
devotionem honoris
custodit. honor
boni operis famam confirmat. Sacerdotis apostolice
decet ut ceteros cleri vestri gradus. Ut supra dictum est a feminis segregari.

Sic ergo gratiam mediocris eandem nullo pacto dimittere. memento tha-
-mar quomodo ab amnon fratre proprio corrupta sit. Ydropicum precor si locum [illegible].
Unius tabernaculi quercatio non est. non facile tollitur carnis delectatio.
de duobus enim quod unus desiderat. Siloam non potest attemptare.
Femoris qui veri castitatis collocat arma. construit in mulieribus castra
pudoris. honore copulatur. Potuit enim et maria mater domini de thoro
aptorum non discedere si liceret. Tecla post temptationem passionis. Ana-
-stasie cum paulo prohibetur patrem parere. Nemo miles cum uxore pergit
ad bellum. Non invideo charitati. sit tibi nam castis virginibus longinqua
dilectio. Tunc in bono te merito collocabis. et famam meliorabis. Si
congregationes constituis puellarum. pulsus tempore in ebdomada semel
visitatione. ad benedicendum congregationem [illegible]. si non pulsus ne
Remigerum linguis te lacerantibus lacereris. Alienam enim cupiunt vitam
destituere vitam. non piam. propterea digne [illegible] corum preceptum ver-
-borum. et monita humilitatis cum fratribus affectum calamo imperante
expressimus. Salvatorem lege. Iam vero Josephus dominum altius non est
Sacerdos. Pauca de reliquis apostoli testimoniis. quantum dominus donat expo-
-nam. Sufficiunt superiores cause que dicte sunt. Verum ne aliquis minus
intelligens ad episcopos sentiat apostolum esse locutum. quid de diaconibus ad thi-
-motheum scriptum sit. quid de prius additum commemorare delectat.
Si preterea nihil non est. superiores explanare sententiam. Unius uxoris
virum et nova et vetus precepto sacerdotum [illegible] eligendos. Que di-
-caminos de ministerium [illegible] aplicuerunt. pro assirunt. Mona-
-bina fuit illa. hec uxor. Quia non hec [illegible] fornicaria fecit. Ista
[illegible] in hac [illegible] uxor affirmaretur. [illegible] tabulis non fecit.
[illegible] alia fuit. Nullo pacto bigamos. ut [illegible] cathenis [illegible].
[illegible] subire ministerium. [illegible] est de [illegible]. [illegible]
debeant sacerdotes. sicut [illegible]. Et dixit dominus ad moysen. Sacerdos
uxorem accipiat virginem de [illegible] patrum suorum. Viduam et et destitutam.
[illegible] animo [illegible] derelictam non accipiat. [illegible] sapiente
dicto moysi. quia nec uxor debet sacerdotis digama invenire. ne honorem
honorem polluat sacerdotis. sicut [illegible] uxoris [illegible]. Sic [illegible]
mandat uxorem. Si quis clericus monogamus fuit. et uxor eius digama.

Nolite eum ministerio applicare · digamus .n. dixit Apostolus · hec sua precepta
idem apostolus de ordinandis clericis dedit · Et quod liber fine expectat · Nec per
duas aut tres paucas dei ancille morerentur: solum ad eas ingredi queat
sacerdotem · Et amens hec precepta non observavit · Jocus est aie pie · Ut per
potentiam monita aliquis clericus a gravioribus apicibus que fecerit amare ·
Contra · Sed synodales regulas quomodo · et precepta patrum in mira
diffinita et elegantem · Iam vero consuetus precepta fugerat et relinquerit ·
Sicut summus maximum lucrum · Adhuc talis ab ecclesia anathematizandus pro-
germinant .n. femine nonnas cum clericis habitantes · et ecclesiam infectum
tanto muris patiuntur · Pronephas · dolor est dicere · Sed ventura non
dicet · Nos isti nubere noluerunt · non clericis · Sed per nuptias genus
novum uxorum · et adnas quid pertinet · amatheza confitemus · bonum non
est in ecclesia · Clericorum uxores femine longe sunt · Monachi ut clerici
solitudo facit · non publicum · Quid te virginalis delectat alloquium · cum
sanctimonialibus in fide frequentia in ecclesia · ut impudice · si eos quos
diligunt viderint ridentibus oculis salutatores tenera verba perdidit ·
Deinde cum salutaverint · gerens dei viros preterire volentes viderint ·
contemptores pios indicant et rapiunt · Ordinatur deinde pater filio ·
dostae nonnas · solus clericus habitare non valet · post patris sororem praedicte
quasi nova lettica disponitur · Inter pocula turbant urbana convivia ·
Illa vero lamentum simulat · Cum pectus gemens indicans · Lege Jeremiam ·
qualis docet et solitarie · ait .n. Sedebit solitarius et tacebit · Bonum est
viro · cum levaverit iugum ab adolescentia sua · Et quod ipsius apostoli Christo
comes ibat ordine · Maria in penetralibus angelus solam invenit · non
cum agapetis loquentem · et illa ad virile[illegible] intellectum trepidavit · Jam quam formosa
es mulier · quid vero dispersas frequentius salutari · et nos [illegible]
duplicato famam potius · in vitam femini et clerici · Cum ministerio ecclesie
Christi ordinatam · mortificata consuetudo · et delicias premineos fabulosa
calamitas · Contra per hospitalitatem apostolus docet · hospes meus percurrere · Ille
apostolus te in domum debere vocari · non tres · Sunt ad consolandum tuam.
Cum virgo quod dixi · Indecentissimum ordinem vita [illegible] commemorasse
filiorum · quod transitus pius martirii · qualis virginem monachus et
castitatis professam suspiciens visitare · Illa noluit · Sed opponimus ...

ac per fenestram respiciens · ait pro viro · Ubi pastor ara · qui auro nunquam fuit
corrupta · gratias agit deo primus maximus · qui talibus inducta moribus castitatem
custodierit voluntatem · Et omnes laudes eius leviter letus · hucusque suscipiat
de feminis dictum · Consumata quippe virginum causa · transeamus
ad reliqua · hospitales precepit apostolus curam ordinandum · hoc proprio,
pater habraam et loth · angelos susceperunt · qui hospitium dilexerunt · sic et
onesiforus paulum doctrine fontem suscepit · ... sunt ·
et necessitatis ... potest ... apud se panem non comedat · Sequitur ·
Non percussorem · non in puglis desperet animo irdus · Sed qui continentiam non
primat singulorum · Sed modestum · Non litigiosum · Non improbat · domum
suam bene regentem · Qui honorabile erit · Si domum de ea deserabatur ·
ledit sacerdotis opiniones in plebe · qui leviter et male loquitur ...
Super omnia hoc precepit debere boni testimonium ... gloriose ·
ut bonorum operum testificatio ... confirmetur affectu · Explicit.

Incipit epistola sancti Ieronimi ad Rusticum monachum.

Nichil christiano felicius · cui promittitur Regnum celorum · Nichil labori-
Ep. osius · qui cotidie de vita periclitatur · Nichil fortius · qui vincit diabolum ·
Nichil imbecillius · qui a carne superatur · Utriusque rei exempla sunt plu-
rima · Latro credidit in cruce · et statim meretur audire · Amen dico tibi
hodie mecum eris in paradiso · Iudas de apostolatus fastigio in proditionis tarta-
ra labitur · et nec familiaritate convivii · nec intinctione buccelle · nec
osculi gratia frangitur · ne quasi hominem traderet quem filium dei noverat · Quid
samaritana vilius? non solum ipsa credidit · et post sex viros unum
invenit dominum · messiam cognovit ad fontem · quem in templo iudeorum
populus ignorabat · Fit auctor multorum salutis · Et apud ...
... · ... sustentat · ... Salomone sapientius?
... amoribus mulierum · Bonum est sal · Nullum sacri-
ficium absque sale a ... suscipitur · Unde et apostolus precipit · Sermo
vester sale sit conditus · Quod si infatuatum foras mittitur · Infantium
... quo solet
... pinguissimum · Hic dicit
... ut ... frontis ... magna ... · ...
... et adolescentie ... pubertatis ...

perfecti autem contrario gradum sta[illegible] · Reliberum quid [illegible] pro quod
repradens · nec plus regi glorie · post uictoriam · in ignominie post
[illegible] · non mireris puerum [illegible] · nec laborandum
[illegible] uestium pulcritudinem florum · quid infelix lilia habeant
[illegible] · quid rosa ueneranda [illegible] · Quid uile purpura
[illegible] · quid [illegible] respondeat pictura gemmarum · Jam
[illegible] dnō siluaz teres · Jaz totum atque solarium cum petro apostolo
[illegible] · gerentem in tectis Cornelij saturatur fide · et famem
incredulitatis eorum genitum responde restringit · atque in lapide quatuor angulos
quadrangulo de celo descendit · ad terras docet · et docet omnes homines
posse saluari · Purpuram quam uiderat in specie candidissimi linthea-
-minis in superna transferre · et nebulam turbas detersit [illegible] superit ·
ut uolluntatio dni expleatur · hic mundo corde · qui ipsi deum uidebunt.
Omnia quod a peritissima mari mandare tibi cupio quod qui docti nauta
post multa naufragia · rudem conor instruere uectorem · Illud in [illegible] ut in quo
littore pudicitie pirata sit noueris · Ibi caribdis et radix omnium
malorum auaritia · ubi scilei obtrectatorum canes · de quibus apostolus loquitur
ne mordentes inuicem mutuo consumamini · quomodo in media tranquill-
-itate securum libicis interdum uitiorum sirtibus obruamur · que uenena-
torum animantium desertum huius seculi nutriant · Nauigantes Rubrum mare
in quo optandum nobis est · ut uerus pharao cum suo mergatur exercitu ·
multis difficultatibus ac periculis ad urbem maximam peruenitur · Utroque
littore gentes uage · immo belue habitant ferocissime · semper soliciti ·
semper armati · totius anni uehunt cibaria · latentibus saxis · uadisque
durissimis plena sunt omnia · Ita ut speculator et doctor in summa arbor-
[illegible] · et inde regende et circumflectende nauis dictata prebeat · felix
cursus est si post sex menses supradicte urbis portum teneant · a quo se incipit
aperire occeanus · per quem uix anno perpetuo ad indiam peruenitur · et ad Gan-
gem fluuium · quem phison sancta scriptura commemorat · qui circuit omnem
terram euilath · et multa genera pigmentorum de paradisi dicitur fonte
deuehere · ubi nascitur carbunculus et smaragdus · et margarita
candentia · et uniones quibus nobilium feminarum ardet ambitio · montesque
aurei quos adire propter griphas et dracones · et immensorum [illegible]

non ita hominibus impossibile est. Ut videatur nobis [illegible] audere [illegible]
audaciam. Quae sint ista proprium est. Si negociatores seculi tanta sustinent
ut ad incertas perituras que divicias perveniant. et servent cum anime discrimine
quae multis periculis quesierunt. quid Christi negociatori faciendum est. qui venditis
omnibus querit preciosissimam margaritam. qui totis substantie sue opibus emit
agrum in quo repperiat thesaurum. quem nec fur effodere. nec latro
possit auferre. Scio me offensurum esse quamplurimos. qui generales de vitiis
disputationes in suas referunt contumelias. et dum irascuntur. suam indicant
conscientiam. multoque peius de se quam de me iudicant. Ego enim neminem
nominabo. nec veteris comedie licentia certas personas eligam atque perstringam.
Prudentis viri est. ac prudentium feminarum. dissimulare immo emendare
quod in se intelligunt. et indignari sibi magis quam michi. nec in monitorem
maledicta congerere. qui et si hisdem teneatur criminibus. certe in eo melior
est, quod sua ei mala non placent. Audio religiosam te habere matrem multorum
annorum viduam. que aluit et nutrivit te infantem. ac post studia Gal-
liarum, que vel florentissima sunt misit Romam. Non parcens sumptibus. et
absentiam filii spe sustinens futurorum. ut ubertatem gallici nitoremque sermonis
gravitas condiret romana. Nec calcaribus in te sed frenis uteretur. Quod et
in disertissimis viris grecie legimus. qui asianum tumorem attico siccabant sale.
et luxuriantes flagellis vineas falcibus reprimebant. ut eloquentie
torcularia. non verborum pampinis. sed sensuum quasi uvarum expressionibus
redundarent. Hanc tu suspice ut parentem. ama ut nutricem. venera-
re ut sanctam. nec aliorum imiteris exemplum. qui derelinquunt suas et alienas
appetunt. quorum dedecus in propatulo est. sub nominibus pietatis que-
rentium suspecta consortia. Novi ego quasdam iam maturioris etatis.
et plerasque generis libertini adolescentibus delectari. et filios querere
spirituales. paulatimque pudore superato per ficta matrum nomina erumpere
in licentiam maritalem. Alii sorores virgines deserunt et extraneis vi-
duis copulantur. Sunt que oderunt suos et non suorum palpantur affectu.
quarum impatientia indicium animi nullam recipit excusationem. Et cassa pudicitie
velamenta quasi aranearum fila disrumpunt. Videas nonnullos accinctis
renibus pulla tunica. barba prolixa. a mulieribus non posse discedere.
sub eodem manere tecto. simul inire convivia. ancillas iuvenes [illegible]

in ministerio. Et sub vocabula rusticarum omnia esse matrimonii. Nec
culpa est quondam nominis simulator religionis immo sit. Cum minimo
offenso generantur cum eam videant omnium displicere que omnibus bonis non
placent. Tu vero si monachus esse vis et non videri. Habeto curam non
rei familiaris cui renunciando hoc esse cepisti sed anime tue. Sordes
vestium candide mentis indicia sunt. Vilis tunica contemptum prebet
animi. dummodo ne animus tumeat. ne habitus sermoque dissentiant.
Balnearum fomenta non querat qui calorem corporis ieiuniorum cupit fri-
gore extinguere. Que et ipsa moderata sint. ne nimia debilitent stoma-
chum. et maiorem refectionem poscentia erumpant in cruditatem que
parens libidinum est. Modicus ac temperatus cibus et carni et anime
utilis est. Matrem ita vide ne per illam alias videre cogaris. quarum
vultus cordi tuo hereant. et tacitum vivat sub pectore vulnus.
Ancillas que illi in obsequio sunt. tibi scias esse in insidiis. quia quanto vilior earum
conditio. tanto facilior ruina est. Et Iohannes baptista sanctam matrem habuit. pon-
tificisque filius erat. et tamen nec matris affectu nec patris opibus vincebatur.
ut in domo parentum cum periculo viveret castitatis. Vivebat in heremo. et
oculis desiderantibus christum. nichil aliud dignabatur aspicere. Vestis aspera
zona pellicea. cibus locuste. mel silvestre. et omnia virtuti et conti-
nentie preparata. Filii prophetarum quos monachos in veteri testamento legimus.
edificabant sibi casulas propter fluenta iordanis. et turbis urbium derelictis.
polenta. et herbis agrestibus vivebant. Quamdiu in patria tua es. ha-
beto cellulam pro paradiso. Varia scripturarum poma decerpe. his utere
deliciis. harum fruere complexu. Si te scandalizat oculus. pes. manus tua.
proice ea. nulli parcas. ut soli parcas anime tue. Qui viderit inquit dominus
mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo. Quis gloriabitur
castum se habere cor. Stelle non sunt munde in conspectu dei. quanto magis homines
quorum vita temptatio est. Ve nobis qui quotiens concupiscimus. totiens for-
nicamur. Inebriatus est inquit gladius meus in celo. multo amplius
in terra. que spinas et tribulos generat. Vas electionis. in cuius christus
sermo resonabat. castigat corpus suum et subicit servituti. et tamen
cernit naturalem ardorem sue repugnare sententie. ut quod non vult
agere compellatur. et quasi vim patiens vociferatur. et dicit. Miser

Ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. et tute arbitraris
absque lapsu et vulnere posse transire. ni omni custodia servaveris cor tuum.
et cum salvatore dixeris. mater mea. et fratres mei hi sunt qui faciunt volun-
-tatem patris mei. Crudelitas ista pietas est. Immo quid tam pium
quam sanctam matrem sanctum filium custodire. optat et illa te vivere et non videre
ad tempus. ut semper cum xpo te videat. Anna non sibi samuelem sed taber-
-naculo genuit. filii Ionadab qui vinum et siceram non bibebant. qui ha-
bitabant in tentoriis. et quas nox compulerat sedes habebant. scribuntur
in psalmo quod primi captivitatem sustinuerint. quia exercitu chaldeorum
vastante iudeam. urbes intrare compulsi sint. Viderint quid alii sentiant.
unusquisque enim suo sensu ducitur. michi oppidum carcer. et solitudo
paradisus est. Quid desideramus urbium frequentiam. qui de singularitate
censemur. Moyses ut preesset populo iudeorum. xl annis eruditur in
heremo. pastor ovium hominum factus est pastor. Apostoli de piscatione lacus
genesareth. ad piscationem hominum transierunt. Tunc habentes patrem rete.
naviculam secuti sunt dominum. [illegible] omnia reliquerunt. portantes cotidie
crucem suam. et ne virgam quidem in manu habentes. Hoc dico ut etiam si clericatus
te titillat desiderium. discas quod possis docere. et rationabilem hostiam
offeras xpo. ne miles ante quam tiro. ne prius magister sis quam discipulus. Non est
humilitatis mee neque mensure iudicare de clericis. et de ministris ecclesiarum
sinistrum quippiam dicere. habeant illi ordinem et gradum suum. quem si
tenueris quomodo tibi in eo vivendum sit. editus ad nepotianum liber docere te
poterit. Nunc monachi incunabula moresque discutimus. et eius monachi qui
liberalibus studiis eruditus in adolescentia iugum xpi collo suo imposuit. Primumque
tractandum est. utrum solus an cum aliis in monasterio vivere debeas.
Michi placet ut habeas sanctorum contubernium. nec ipse te doceas. et absque
doctore ingrediaris viam quam numquam ingressus es. statimque tibi in partem
alteram declinandum sit. et errori pateas. plusque aut minus ambulans
quam necesse est currens lasseris. moramque faciens obdormias. In solitudine
cito surrepit superbia. et si parumper ieiunaverit. hominem non viderit.
putat se alicuius esse momenti. oblitusque sui unde et quo venerit. intus
corde. lingua foris vagatur. Iudicat contra apostoli voluntatem alienos
servos. quo gula voluerit porrigit manum. dormit quantum voluerit

nullius veretur, facit quod vult, omnes inferiores se putat, crebriusque
in urbibus quam in cellula est, et inter fratres simulat verecundiam, qui platearum
turbis colliditur. Quid igitur? Condemnamus vitam solitariam? Minime, quippe
quam saepe laudavimus; sed de ludo monasteriorum huiuscemodi volumus egredi
milites, quos heremi dura rudimenta non terreant, qui specimen conversationis
suae multo tempore dederint, qui omnium fuerint minimi, ut primi omnium fierent,
quos nec esuries aliquando nec saturitas superavit, qui paupertate laetantur, quorum
habitus, sermo, vultus, incessus doctrina virtutum est, qui nesciunt
secundum quosdam ineptos homines daemonum oppugnantium contra se portenta
confingere, ut apud imperitos et vulgi homines miraculum sui
faciant et exinde lucra sectentur. Vidimus nuper et planximus
Croesi opes unius morte deprehensas, urbisque stipes quasi in usus pauperum
congregatas, stirpi et posteris derelictas. Tunc ferrum quod latebat
in fundo supernatavit aquam, et inter palmarum arbores myrrae amaritudo
monstrata est. Nimirum talem et socium habuit et magistrum, qui egentium
famem suas fecit esse divitias, et miseris derelicta in suam miseriam detinuit;
quorum clamor tandem pervenit ad caelum, et patientissimas dei vicit aures,
ut missus angelus pessimo Nabal Carmelo diceret: Stulte, hac nocte
auferent animam tuam a te; quae autem parasti cuius erunt? Volo ergo te et
... causas animae quas supra exposui non habitare cum matre. Et propter has vel maxime, ne aut
offerentem delicatos cibos renuendo contristes, aut, si acceperis, oleum
igni adicias; et inter frequentiam puellarum per diem videas quod noctibus
cogites. Numquam de manu et oculis tuis recedat liber; psalterium
ad verbum discatur; oratio sine intermissione, vigil sensus nec vanis cogi-
tationibus patens; corpus pariter et animus tendatur ad dominum. Iram vince
patientia; ama scientiam scripturarum, et carnis vitia non amabis. Nec
vacet mens tua variis perturbationibus, quae si pectori insederint, do-
minabuntur tui, et te deducent ad delictum maximum. Facito aliquid operis,
ut te semper diabolus inveniat occupatum. Si apostoli habentes potestatem
de evangelio vivere laborabant manibus suis, ne quem gravarent, et
aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia,
cur tu in usus tuos cessura non praepares? Vel fiscellam texe iunco,
vel canistrum lentis plecte viminibus; sarriatur humus; areolae aequo limite

dividantur. In quibus cum holerum iacta fuerint semina. vel plante
per ordinem posite aque ducantur irrigue: ut pulcherrimorum versuum
spectator assistas. Ecce supercilio clivosi tramitis undam elicit. Illa
cadens raucum per levia murmur saxa ciet. scatebrisque arentia temperat
arva. Inserantur infructuose arbores vel gemmis vel surculis. ut parvo
post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare alve-
aria. ad quas te mittunt Salomonis proverbia. et monasteriorum
ordinem. ac regiam disciplinam in parvis disce corporibus. Texantur et lina
capiendis piscibus. scribantur et libri. ut et manus operetur cibum. et
animus lectione saturetur; in desideriis est omnis ociosus. Egyptiorum
monasteria hunc morem tenent. ut nullum absque operis labore suscipiant.
non tam propter victus necessitatem quam propter anime salutem. ne vagetur perniciosis
cogitationibus mens. et instar fornicantis Ierusalem omni transeunti di-
varicet pedes suos. Dum essem iuvenis. et solitudinis me deserta val-
larent. incentiva vitiorum. ardoremque nature ferre non poteram.
Quem cum crebris ieiuniis frangerem: mens tamen cogitationibus estuabat. Ad quam
edomandam cuidam fratri qui ex Hebreis crediderat. me in disciplinam
dedi. ut post Quintiliani acumina. Ciceronis fluvios. gravita-
temque Frontonis. et lenitatem Plinii. alphabetum discerem. stridentia
anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim. quid
sustinuerim difficultatis. quotiens desperaverim. quotiens cessaverim. Et
contentione discendi rursus inceperim. testis est conscientia tam mea. qui passus
sum. quam eorum qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago domino. quod de amaro
semine litterarum dulces fructus capio. Dicam et aliud quod in Egypto
viderim. Grecus adolescens erat in cenobio: qui nulla continentia v. Ho.
nulla operis magnitudine: flammam poterat carnis extinguere. Hunc pericli-
tantem pater monasterii hac arte servavit. Imperat cuidam viro gravi
ut iurgiis atque conviciis insectaretur hominem. Et post irrogatam iniuriam
primus veniret ad querimoniam. Vocati testes pro eo loquebantur qui
contumeliam fecerat. Flere ille contra mendacium. quod nullus crederet veritati.
Solus pater defensionem suam callide noverat opponere. ne abundantiori tristitia
absorberetur frater. Quid multa? Ita annus ductus est. Quo expleto interro-
gatus adolescens super cogitationibus pristinis. an adhuc molestie aliquid pateretur:

Propterea inquit vivere mihi non licet et Socratici libri sunt ... fuit
... quo adiutore ... philosophi seculi solent amorem veterem
amore novo quasi clavum clavo expellere. Quod et Assuerus septem
principibus fecisse perhibetur, ut Vasthi reginae desiderium aliarum puel-
larum amore compensarent. Illi vitium vitio, peccatumque peccato
medicantur. Nos amore virtutum vitia superemus. Declina a malo
et fac bonum, quaere pacem et persequere eam. Nisi oderimus malum, bonum
amare non possumus. Quin potius faciendum est bonum ut declinemus a malo.
Pax quaerenda est, ut bella fugiamus. Nec sufficit eam quaerere, nisi
inventam fugientemque omni studio persequamur, quae exsuperat omnem
sensum, in qua habitatio Dei est, dicente propheta: Et factus est in pace locus
eius. Pulchre persecutio pacis dicitur, iuxta illud Apostoli: Hospitalitatem
persequentes, ut non levi et perfunctorio sermone, et ut ita loquar, summis
labiis hospites invitemus, sed toto mentis ardore teneamus, quasi auferentes
secum de lucro nostro et compendio. Nulla ars absque magistro discitur. Etiam
muta animalia et ferarum greges ductores sequuntur suos. In apibus
principes sunt, grues unam sequuntur ordine litterato. Imperator unus,
iudex unus provinciae. Roma ut condita est, duos fratres simul reges habere
non potuit, et parricidio dedicatur. In Rebeccae utero Esau et Iacob
bella gesserunt. Singuli ecclesiarum episcopi, singuli archipresbyteri, singuli archi-
diaconi, et omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In navi unus
gubernator, in domo unus dominus, in quamvis grandi exercitu unius
signum expectatur. Et ne plura replicando fastidium legenti faciam, per haec
omnia ad illud tendit oratio, ut doceam te non tuo arbitrio dimittendum, sed
vivere debere in monasterio sub unius disciplina patris consortioque multorum,
ut ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam, hic te silentium,
ille doceat mansuetudinem. Non facias quod vis, comedas quod iuberis,
habeas quantum acceperis, vestiaris quod acceperis, operis tui pensum persolvas, subiciaris cui non
vis, lassus ad stratum venias, ambulansque dormites, et necdum
expleto somno surgere compellaris. Dicas psalmum in ordine tuo, in quo
non dulcedo vocis, sed mentis affectus quaeritur, dicente Apostolo: Psallam
spiritu, psallam et mente, et cantantes in cordibus vestris Domino. Legerat enim esse
praeceptum: Psallite sapienter. Servias fratribus, hospitum laves pedes.

patris iniuriam tacitus. Prepositum monasterii timeas ut dominum, diligas
ut parentem. Credas tibi salutare quicquid ille preceperit. Nec de maiorum
sententia iudices, cuius officii est obaudire et implere que iussa sunt, dicente
Moyse: Audi Israel et tace. Tantis occupatus negotiis nullis vacabis
cogitationibus, et dum ab alio transis ad aliud, opus tantum mente habebis illud
solum mente teneberis quod agere compelleris. Vidi quosdam qui postquam renun-
ciavere solo vestimentis dumtaxat et vocis professione non rebus, nichil
de pristina conversatione mutasse. Res familiaris magis aucta quam imminuta.
Eadem ministeria servulorum, idem apparatus convivii. In vitro et patella fic-
tili aurum comeditur, et inter turbas atque examina ministrorum nomen
sibi vindicant solitarii. Qui vero pauperes sunt et tenui substantiola, vi-
dentur sibi scioli. Pomparum ferculis similes procedunt ad publicum, ut ca-
ninam exerceant facundiam. Alii sublatis in altum humeris, et intra se
nescio quid cornicantes, stupentibusque in terram oculis tumentia verba tru-
tinant, ut si preconem addideris, putes incedere prefecturam. Sunt
qui humore cellarum immoderatisque ieiuniis, tedio solitudinis ac nimia
lectione dum diebus ac noctibus auribus suis personant, vertuntur in melan-
coliam, et ypocratis magis fomentis quam nostris monitis indigent. Plerique
artibus et negotiationibus pristinis carere non possunt, mutatisque nominibus
institorum eadem exercent commertia, non victum et vestitum, ut apostolus
precipit, sed maiora quam seculi homines emolumenta sectantes. Et prius quidem
ab edilibus quos agoranomos greci appellant, vendentium coercebatur
rabies, nec erat impune peccatum. Nunc autem sub religionis titulo
exercentur iniusta compendia, et honor nominis christiani frau-
dem magis facit quam patitur. Quodque pudet dicere, sed necesse est, ut
saltem sic ad nostrum erubescamus dedecus. Publice extendentes manus
pannis aurum tegimus, et contra omnium opinionem plenis sacculis morimur
divites, qui quasi pauperes viximus. Tibi cum in monasterio fueris, hec non
licebit, et inolescente paulatim consuetudine, quod primum cogebaris,
velle incipies, et delectabit te labor tuus, oblitusque preteritorum semper
priora sectaberis, nequaquam considerans quid alii mali faciant, sed quid
tu boni facere debeas. Neque vero peccantium ducaris multitudine, et
te pereuntium turba sollicitet, ut tacitus cogites: Quid ergo omnes peribunt.

in in urbibus habitant. Certe illi fruuntur publicis rebus, ministrant ecclesiis,
adeunt balneas, unguenta non spernunt, et tamen in omnium flore dispersi.
Ad quod et ante respondi, et nunc breviter respondebo, me in presenti opusculo
non de clericis disputare, sed monachum instituere. [illegible] clericis omnium vita
[illegible]. Ita ergo age et vive in monasterio, ut clericus esse merearis,
et adolescentiam tuam nulla sorde commacules, ut ad altare Christi quasi de thalamo virgo
[illegible] [illegible]. [illegible] foris bonum testimonium, feminae nomen tuum noverint,
et vultum tuum nesciant. Cum ad perfectam etatem veneris, si tamen comes
vita fuerit, et te vel populus vel pontifex civitatis in clericum elegerit,
[illegible] in [illegible]. Et inter ipsos sectare meliores, quia in omni conditione
et gradu optimis mixta sunt pessima. Ne ad [illegible] cito prosilias,
et levi ducaris insania. Multo tempore disce quod doceas. Ne credas laudatoribus
tuis, immo irrisoribus aurem ne libenter accommodes, qui cum te adula-
tionibus foverint, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendas post
te colla curvari, [aut] asini, aut estuantem canis protendi linguam. Nulli detra-
has, nec in eo te sanctum putes, si ceteros laceres. Accusamus sepe quod facimus,
et contra nosmet ipsos diserti in nostra vitia invehimur, muti de eloquentibus iudi-
cantes. Testudineo Grunnius incedebat ad loquendum gradu, et per intervalla
quedam vix pauca verba carpebat, ut eum putares singultire, non proloqui.
Et tamen cum mensa posita librorum exposuisset struem, adducto supercilio contrac-
tisque naribus ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc signo
ad audiendum discipulos provocans. Tunc nugas meras fundere, et
adversum singulos declamare. Criticum diceres esse Longinum, censoremque Ro-
mane facundie, notare quem vellet, et de senatu doctorum excludere. Hic bene
nummatus plus placebat in prandiis. Nec mirum si qui multos inescare
solitus erat, [illegible] facto cuneo circumstrepentium garrulorum
procedebat in publicum. Intus Nero, foris Cato, totus ambiguus,
ut ex contrariis diversisque naturis unum monstrum novamque bestiam diceres
esse compactam, iuxta illud poeticum: Prima leo, postrema draco,
media ipsa chimera. Numquam ergo tales videas, nec huiuscemodi hominibus
applicueris. Nec declines cor tuum in verba malitie, et audias prophetam:
Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et adversus filium matris tue ponebas
scandalum. Et iterum: Filii hominum dentes eorum arma et sagitte.

et alibi. Molliti sunt sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula. Et apostolus
in canonica [illegible]. Si mordet serpens in silentio, sic qui fratri suo occulte
detrahit. Audiens vero non detrahenti [illegible] quibus [illegible] fratrem portat. Ad
excusandas excusationes in peccatis. ita [illegible] [illegible]
[illegible] mea. Scriptum enim est. Noli errare. deus non irridetur. Illa
[illegible] in fame. Salomon loquitur in proverbiis. Ventus aquilo
dissipat nubes. et facies tristis linguam detrahentem. Sicut enim
[illegible] non [illegible] in [illegible]
et vulnerat [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible]
Et alibi. Qui mittit in altum lapidem recidet in caput eius. Ita detractor
in [illegible] sine videre audientis immo nec audientes [illegible]. [illegible]
[illegible] nec [illegible] sanguinis. [illegible]. Pallet vultus
[illegible] labia. [illegible]. Unde [illegible] sapiens cum detractoribus
[illegible] ne commiscearis. quoniam repente veniet perditio eorum. et ruinam
utriusque quis novit. [illegible] colloquium. [illegible] sapienter. [illegible]
[illegible] nec querit [illegible]. Timotheus [illegible]. Ad-
[illegible] non [illegible] a [illegible] non [illegible]. [illegible] aut. [illegible]
[illegible] ut [illegible] habeant. Non est [illegible] de perfecta etate [illegible]
[illegible] ut [illegible] [illegible] et honorat [illegible] [illegible]
[illegible] perfecta [illegible] et [illegible] annorum maturitatem, puerorum
quia homines sumus. et [illegible] [illegible] annorum maturitatem
[illegible] labimur. Si me vis corrigere delinquentem. [illegible] in [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]. Corripiet me iustus in misericordia. et
increpabit me. oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quem enim diligit deus corripit. castigat autem omnem filium quem recipit.
et [illegible] clamat [illegible]. [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. et [illegible] [illegible] [illegible]. quid enim [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. immo detractoribus tuis [illegible]
vulnera. et [illegible] [illegible]. Et singulis [illegible]
[illegible] [illegible] hoc est non [illegible]. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]
audire non [illegible] [illegible]. [illegible] in malo [illegible]
[illegible] et publicanos. hec apostolus loquitur. Ut adolescentiam [illegible] et
linguam et aurem [illegible] [illegible]. Ut [illegible] [illegible] [illegible]

et macula quasi pudicam virginem exhibeas castum tam mente quam corpore.
ne solo nomine glorieris et absque oleo bonorum operum extincta lampade
excludaris a sponso. Habes ibi sanctum doctissimumque pontificem proculum qui viva
et presenti voce nostras scedulas superet. cotidianisque tractatibus iter tuum dirigat.
nec patiatur te in partem alteram declinando viam relinquere regiam. per quam israel ad terram
repromissionis properans se transiturum promittit. Atque utinam exaudiatur vox ecclesie
confitentis. domine pacem da nobis. omnia enim dedisti nobis. Utinam quod renunciamus seculo volun-
tas sit non necessitas. et paupertas habeat expetita gloriam non illata cruciatum.
Ceterum iuxta miserias huius temporis. et ubique gladios sevientes.
satis dives est qui non indiget pane. nimium potens est qui servire non cogitur.
Sanctus exsuperius tholose episcopus vidue sareptensis imitator esuriens
pascit alios. et ore pallente ieiuniis fame torquetur aliena. omnemque
substantiam christi visceribus erogavit. nichil illo ditius. qui corpus domini canistro vi-
mineo sanguinem portavit in vitro. qui avariciam eiecit e templo. qui absque
funiculo et increpatione cathedras vendentium columbas id est dona spiritus
sancti mensasque subvertit mamone et nummulariorum era dispersit.
ut domus dei domus vocaretur orationis. et non latronum spelunca. Huius e vicino
sectare vestigia. et ceterorum qui virtutum illius similes sunt. quos sacerdotium et
humiliores facit et pauperiores. Aut si perfecta desideras. exi cum abraam
de patria tua et cognatione tua. et perge quo nescis. Si habes substantiam. vende
et da pauperibus. si non habes. grandi onere liberatus es. Nudum christum nudus
sequere. durum grande difficile. sed magna sunt premia.

Finitur epistola sancti Jeronimi ad Rusticum.
Incipit epistola eiusdem ad eustochium virginem filiam
sancte paule de virginitate servanda.

2. Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum
et domum patris tui. et concupiscet rex decorem tuum. In quadragesimo iiii psalmo deus ad
animam loquitur humanam. ut secundum exemplum abrahe exiens de terra sua
relinquat chaldeos qui quasi demonia interpretantur et habitet in regione viven-
tium. quam alibi propheta suspirat dicens. Credo videre bona domini in regione vi-
ventium. Verum non sufficit tibi exire de patria tua nisi obliviscaris populi et domus
patris tui. et carne contempta sponsi iungaris amplexibus. Ne respexeris
retro inquit. nec steteris in tota circa regione. in monte salvum te fac.

ne se te comprehenderis. Non expedit tibi ipsi [illegible] respicere post tergum. nec
de agro reverti domum. nec post christi tunicam ad tollendum aliud vestimentum
tecta descendere. grande miraculum. Pater filiam cohortatur ne memineris
patris. Vos de patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere. dicitur
ad iudeos. et alibi. Qui facit peccatum de diabolo est. Tali primo parente gene-
rati nigri sumus. et post penitentiam nondum culmine virtutis ascenso dicimus. Nigra sum et formosa
filia Ierusalem. Exivi de domo infantie mee. oblita sum patris mei. renascor in christo
quid pro hoc mercedis accipio? sequitur. et concupiscet rex decorem tuum. hoc ergo
illud est magnum sacramentum. Propter quod relinquet homo patrem et matrem
et adherebit uxori sue. et erunt ambo iam non ut ibi in una carne
sed in uno spiritu. Non est sponsus tuus arrogans non superbus. ethiopissam duxit
uxorem. Statim ut volueris sapientiam veri audire Salomonis et
ad eum veneris. confitebitur tibi cuncta que novit et inducet te rex in cubiculum
suum. Et miro modo colore mutato sermo tibi conveniet. Que est ista
que ascendit dealbata? Hec ideirco dico mi domina eustochium. dominam quippe vocare
debeo sponsam domini mei ut ex ipso principio lectionis agnosceres non me
nunc virginitatis laudem esse dicturum. quam probasti optimam et secuta es
nec enumeraturum molestias nuptiarum quomodo uterus intumescat.
infans vagiat. cruciet pelex. domus cura sollicitet. et omnia que putantur
bona mors extrema precidat. Sunt enim et maritate ordine suo. hono-
rabiles nuptias. et cubile immaculatum. Sed ut intelligeres nec exeuntem
de sodoma timendum esse loth uxoris exemplum. Nulla in hoc libello adulatio
adulator quippe blandus inimicus est. Nulla erit rethorica pompa sermonis que
que te etiam inter angelos statuat. et beatitudine virginitatis exposita
mundum provocat sub pedibus tuis. Nolo tibi venire superbiam de proposito sed
timorem. Si onusta incedis auro. latro vitandus est. Stadium est hec vita
mortalibus. hic contendimus. ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes et
scorpiones securus ingreditur. Inebriatus est inquit dominus gladius meus
in celo. et in terra arbitraris iterum. que tribulos generat et spinas quam serpens
comedit? Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem sed
adversus principatus et potestates huius mundi et rectores harum tenebrarum
et adversus spiritualia nequitie in celestibus. Magnis inimicis circumdamur. hostium
vallati plena sunt omnia. Caro fragilis. et cinis futura post modicum.

pugnat solus cum pluribus. Cum autem fuit dissoluta et venerit princeps huius
mundi et invenerit in eo nichil. Tunc vere audies psalmistam non timebis
a timore nocturno. a sagitta volante per diem. a negotio perambulante in tenebris
[illegible] demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decem milia
a dextris tuis. ab incursu et demonio meridiano. Ad te autem non appropinquabit.
[illegible] te multitudo turbaverit. et ad singula incitamenta viciorum ceperis
[illegible]. et dixerit cogitacio tua quid faciemus. Respondebit tibi heliseus. Noli
timere. quoniam plures nobiscum sunt quam cum illis. et orabit et dicet. domine aperi oculos
puelle tue ut videat. Et apertis oculis videbis currum igneum qui te ad
[illegible] in celum sustollat. Et tunc leta canemus. anima nostra quasi passer erepta
est de laqueo venantium. Laqueus contritus est. et nos liberati sumus. Cum [illegible]
in fragili corpusculo detinemur. quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fic-
tilibus. et concupiscit spiritus adversus carnem. et caro adversus spiritum. nulla est
certa victoria. Adversarius noster diabolus tamquam leo rugiens. aliquem de-
vorare querens circuit. Posuisti autem domine tenebras et facta est
nox. In ipsa pertransibunt omnes bestie silue. catuli leonum rugientes. ut
[illegible] et querant a deo escam sibi. Non enim diabolus homines infideles.
non eos qui foris sunt. et quorum carnes rex in olla succendit assirius. de ecclesia
[illegible] rapere festinat. Escas eius secundum abacuch. electe sunt. Job subvertere
cupit. et devorato iuda. ad cribrandos apostolos expetit potestatem.
Non venit salvator pacem mittere super terram. sed gladium. Cecidit
lucifer qui mane oriebatur. Et ille qui in paradiso deliciarum nutritus est.
meruit audire. Si exaltatus fueris ut aquila. inde te detraham dicit
[illegible]. Dixerat enim in corde suo. Super sidera celi ponam sedem meam. et ero
similis altissimo. Unde cotidie ad eos qui per scalam iacob somnians
descendunt. loquitur deus. Ego dixi dii estis. et filii excelsi omnes.
Vos autem ut homines moriemini. et sicut unus de principibus cadetis.
Cecidit enim primus diabolus. et cum stet deus in synagoga deorum, imo
dio autem deos discernit. apostolus eos qui dii esse desinunt scribit. Cum
enim in vobis sint dissensiones et emulationes. nonne homines estis.
et secundum hominem ambulatis. Si apostolus vas electionis. et
[illegible] in evangelium christi. castigat corpus suum et servituti subicit ne aliis predicans

ipse reprobus inveniatur. et tamen videt aliam legem in membris suis repugnan
tem legi mentis sue. et captivantem se in lege peccati. Qui post nuditatem.
ieiunia. famem. carcerem. flagella. supplicia. in semet reversus ex
clamat. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Tu
te putas securam esse debere. Cave queso ne quando de te dicat deus. Virgo
Israel cecidit. non est qui suscitet eam. Audenter loquar. cum omnia
possit deus. suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare
de pena. sed non vult coronare corruptam. Timeamus illam prophetiam ne
in nobis compleatur. Virgines bone deficient. Attende quid dicat.
virgines bone deficient. quia sunt et virgines male. Qui viderit inquit
mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo. Perit
ergo et mente virginitas. Iste sunt virgines male. et virgines carne
non spiritu. Virgines stulte. que oleum non habentes excluduntur a sponso.
Si autem et ille que virgines sunt. ob alias tamen culpas virginitate corporis
non salvantur. quid fiet illis que prostituerunt membra christi et muta
verunt templum spiritus sancti in lupanar. Illico audient. Descende sede
in terra virgo filia babylonis. sede in terra. non est thronus filie caldeorum.
Non vocaberis ultra mollis et delicata. accipe molam. mole farinam.
discooperi velamentum tuum. denuda crura tua. transi flumina. Revelabitur
ignominia tua. apparebunt obprobria tua. Et hoc post dei filii thalamos. post
oscula fratruelis et sponsi. Illa de qua. quondam sermo propheticus concinebat.
Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate nudabitur.
et posteriora eius ponentur in facie eius. sedebit ad aquas solitudinis. Et po
sito vase divaricabit pedes suos omni transeunti. et usque ad verti
cem polluetur. Rectius fuerat hominis subisse coniugium. ambulasse per plana.
quam ad altiora tendentem. in profundum inferni cadere. Non fiat obsecro
civitas meretrix. fidelis syon. ne post trinitatis hospitium ibi demones saltent.
et syrene nidificent et hericii. Non solvatur fascia pectoralis. sed statim ut
libido titillaverit sensum. aut blandum voluptatis incendium. dulci nos
calore perfuderit. erumpamus in vocem. dominus auxiliator meus est non
timebo quid faciat mihi caro. Et cum paululum interior homo inter vicia
atque virtutes ceperit fluctuare. dicito. Quare tristis es anima mea. et
quare conturbas me. spera in deo. quoniam confitebor illi. salutare vultus mei

nec deus meus. Nolo sinas cogitationes crescere. nichil in te babylonium. nichil confusionis adolescat. dum parvus est hostis interfice. Nequitia elidatur in semine. Audi psalmistam loquentem. filia babylonis misera. beatus qui retribuet tibi retributionem tuam. beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram. Quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere notum medullarum calorem. ille laudatur. ille predicatur beatus. qui statim ut ceperit cogitare. interficit cogitatus eius. et elidit eos ad petram. Petra autem est christus. O quotiens in heremo constitutus et in illa vasta solitudine que exusta solis ardoribus horridum monachis prestat habitaculum. putavi me Romanis interesse deliciis. Sedebam solus. quia amaritudine repletus eram. horrebant sacco membra deformia. et squalida cutis situm ethiopice carnis obduxerat. Cotidie lacrime. cotidie gemitus. et si quando repugnantem somnus imminens oppressisset. nuda humo vix ossa herentia collidebam. de cibis vero et potu taceo. cum etiam languentes aqua frigida utantur. et coctum aliquid accepisse luxurie sit. Ille igitur ego qui ob gehenne metum tali me carcere ipse damnaveram. scorpionum tantum socius et ferarum. sepe choris intereram puellarum. pallebant ora ieiuniis. et mens desideriis estuabat. in frigido corpore. et ante hominem suum iam carne premortua. sola libidinum incendia bulliebant. itaque omni auxilio destitutus. ad ihesu iacebam pedes. rigabam lacrimis. crine tergebam. et repugnantem carnem ebdomadarum inedia subiugabam. Non erubesco infelicitatis mee. quin potius plango non esse quod fuerim. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte. nec prius a pectoris cessasse verberibus. quam domino rediret increpante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum mearum consciam pertimescebam. et michimet iratus. et rigidus solus deserta penetrabam. Sicubi concava vallium. aspera montium. rupium prerupta cernebam. ibi mee orationis locus. ibi illud miserrime carnis ergastulum. et ut ipse michi testis est dominus. post multas lacrimas. post celo oculos inherentes. nonnunquam michi videbar interesse agminibus angelorum. et letus gaudensque cantabam. post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Si autem hec sustinent illi qui exeso corpore solis cogitationibus oppugnantur. quid patitur puella que deliciis fruitur? Nempe illud apostoli. vivens mortua est. Si quid itaque in me potest esse consilii. si experto creditur. hoc primum moneo. hoc obsecro ut sponsa christi vinum fugiat pro

- veneno · per adiuvet adolescentiam vina arma [illegible] demonum · Non sic [illegible] --
quatit · inflat superbia · delectat ambitio · facile aliis caremus vitiis · Hic hostis
intus inclusus est quem quocumque pergimus nobiscum portamus inimicum · Vinum et
adolescentia · duplex incendium voluptatis · Quid oleum flamme addimus ·
Quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus · Paulus ad Timotheum
Iam noli ingiter aquam bibere · sed vino modico utere · propter stomachum · et fre-
-quentes tuas infirmitates · Vide quibus causis vini potio concedatur · ut ex hoc
stomachi doloris frequens medeatur infirmitas · Et ne nobis forsitan
de egrotationibus blandiremur modicum precepit · [illegible] media [illegible]
[illegible] · ut apostolus [illegible] · Sed ne [illegible]
-tate superbus evangelii predicandi non posset implere dispensationem ·
Alioquin se [illegible] commemorat · et vinum in quo est luxuria · et bonum est
hominum non bibere · et carnes non manducare · Noe vinum bibit · et in-
-ebriatus est rudi ad huc seculo · Et tunc primum plantata vinea · inebri-
-are vinum forsitan nesciebat · Et ut intelligas scripture in omnibus sacra-
-mentum · margarita quippe est sermo dei · et ex omni parte forari potest · [illegible]
ebrietatem nudatio femorum subsecuta est · [illegible] luxuria · [illegible]
venter [illegible] · et sic cetera membra [illegible] · Manducavit enim populus
et bibit · et surrexerunt ludere · Loth amicus dei in monte salvatus · [illegible] de
tot milibus populi solus iustus inventus · inebriatur a filiabus suis · Et licet
[illegible] putarent genus hominum defecisse · et hoc facerent liberorum
magis desiderio quam libidinis · tamen virum iustum [illegible] sciebant · nisi ebrium
[illegible] · denique quid fecerit ignoravit · et quamvis voluntas non sit
in crimine · error in culpa est · Inde nascuntur Moabite et Amonite
inimici Israel · qui usque ad quartam et decimam generationem · et usque in eternum
non ingrediuntur ecclesiam dei · Helias cum Iezabel fugeret · et sub quercu
lassus iaceret · veniens angelus ad eum [illegible] · et dixit ei Surge
et manduca · Et respexit et ecce ad caput eius panis [illegible] · et vas
aque · Numquid non poterat deus conditum ei merum mittere · Et [illegible]
-lectos cibos et carnes et [illegible] mutare · Helisaeus filios [illegible]
[illegible] · et herbis agrestibus [illegible] alens · [illegible]
audit clamorem · mors in olla homo dei · Non iratus est coco · Lautiores
enim mensas [illegible] non habebat · sed farina desuper iactata amaritudinem

dinem dulcorauit: eadem nos uirtute qua moyses mutauit aquam amaram
in dulcedinem. Nec non et illos qui ad se comprehendendum venerat: oculis
pariter ac mente cecatos: cum samariam nescios induxisset: quibus eos
esurientes refici imperauit auscultat. Pone eis panem et aquam et manducent
et bibant: et remittantur ad dominum suum. Potuit et danieli de
regis ferculis opulentior mensa transferri. Sed abacuch ei messorum
prandium uehit arbitror rusticanum. Unde et desideriorum vir appellatus
est: quia panem desiderii non manducauit et uinum concupiscentie non bibit.
Innumerabilia sunt in scripturis responsa diuinis: que gulam damnent: et
simplices cibos probent. Verum quia nunc non est propositum de ieiuniis
disputare: et uniuersa exequi proprii est tituli et voluminis. Hec sufficiant pauca
de plurimis. Alioquin ad exemplum horum poteris tibi ipsa colligere. quomodo
primus e paradiso homo ventri magis obediens quam deo. in has lacrimarum
deuolutus est valles. Et ipsum dominum in fame sathanas temptauerit
in deserto: et apostolus clamitet esca uentri: et uenter escis. deus autem et
hunc et illas destruet. et de luxuriosis quorum deus uenter est. id
enim colit unusquisque: quod diligit. Ex quo sollicite prouidendum est: ut quos
saturitas de paradiso expulit: reducat esuries. Quod si volueris respon-
-dere te nobili stirpe generatam: semper in deliciis: semper in plumis uersatam.
non posse a uino et esculentioribus cibis abstinere. nec his legibus uiuere
districtius: respondebo. Viue ergo lege tua quia dei non potes: non quod deus
uniuersitatis creator et dominus intestinorum nostrorum rugitu et inanitate uentris
pulmonumque delectetur ardore. Sed quod aliter pudicitia tuta esse non possit. n
[illegible] ob deo carus: et testimonio illius immaculatus et simplex
uocatus. quid de diabolo scribitur. Virtus eius in lumbis: et potestas eius in
umbilico. Honeste uiri mulierisque genitalia: immutatis sunt appellata
nominibus. Unde et de lumbis dauid super sedem eius promittitur esse sessurus.
Et lxxv et quinque anime introierunt in egyptum: que exierunt de femore Jacob.
Et postquam colluctante deo latitudo femoris eius emarcuit: a liberorum
opere cessauit. Et qui pascha facturus est: accinctis mortificatisque lumbis:
facere precipitur. Et ad Job dicit deus: accinge sicut uir lumbos tuos.
Et iohannes zona pellicea accingitur. Et apostoli iubentur accinctis lumbis tenere
in manibus lucernas euangelii. Ad ierusalem uero que respersa sanguine in campo

Inveniuntur erroris. In Ezechiele dicitur: non est par combustionis tuae. Omnis quia adversarium nostrum diaboli virtus in lumbis est, omnis in umbilico eius fortitudo. Vis certe certa esse ut dicimus? Accipe exempla. Samson leone fortior et saxo durior, et qui unus et nudus mille persecutus est armatos, in Dalile mollescit amplexibus. David secundum cor domini electus, et qui venturum Christum sancto saepe ore cantaverat, postquam ambulans super tectum domus suae Bethsabee captus est nuditate, adulterio iunxit homicidium. Ubi et illud breviter attende quod nullus sit etiam in domo tutus aspectus. Quamobrem ad dominum penitens loquitur: Tibi soli peccavi et malum coram te feci. Rex enim erat, alium non timebat. Salomon per quem se cecinit ipsa sapientia, qui disputavit a cedro Libani usque ad hysopum quae exit per parietem, recessit a domino, quia amator mulierum fuit. Et ne aliquis sibi de sanguinis propinquitate confideret, in illicitum Thamar sororis Ammon frater exarsit incendium. Piget dicere quot cotidie virgines ruant, quantas de suo gremio mater perdat ecclesia, super quae sidera superbus inimicus ponat thronum suum, quot petras excavet et habitet coluber in foraminibus earum. Videas plerasque viduas antequam nuptas infelicem conscientiam mentita tantum veste protegere. Quas nisi tumor uteri et infantium prodiderit vagitus, erecta cervice et ludentibus pedibus incedunt. Aliae vero sterilitatem praebibunt et necdum sati hominis homicidium faciunt. Nonnullae cum se senserint concepisse de scelere, aborti venena meditantur. Et frequenter etiam ipse commortue trium criminum reae ad inferos perducuntur, homicide sui, Christi adultere, necdum nati filii parricide. Iste sunt que solent dicere: omnia munda mundis. Sufficit mihi conscientia mea. Cor mundum desiderat deus. Quare me abstineam a cibis quos creavit deus ad utendum? Et si quando lepide et festive volunt videri et se mero ingurgitaverint, ebrietati sacrilegium copulantes aiunt: Absit ut ego me a Christi sanguine abstineam. Et quam viderint pallentem atque tristem, miseram et monacham et Manicheam vocant. Et consequenter. Tali enim proposito ieiunium heresis est. Hec sunt que per publicum notabiliter incedunt, et furtivis oculorum nutibus adolescentium greges post se trahunt, que semper audiunt per prophetam: Facies meretricis facta est tibi, impudorata

est ei. Purpura tantum in veste sit tenuis, et laxius ut crines decidant ligatum caput. Soccus vilior, et per humeros maforte volitans, stricte manice brachiis adherentes, et solutis genibus fractus incessus. Hec est apud illas tota virginitas. Habeant istiusmodi laudatores suos, et sub virginali nomine carius pereant. Libenter talibus non placemus. Pudet dicere, pro nefas! Triste sed verum est. Unde in ecclesias agapetarum pestis introivit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Immo unde novum genus concubinarum? Plus inferam. Unde meretrices univire? Eadem domo, uno cubiculo, sepe uno tenentur et lecto, et suspiciosos nos vocant si aliquid existimemus. Frater sororem virginem deserit, celibem spernit virgo germanum, fratrem querit extraneum, et cum in eodem proposito esse se simulent, querunt alienorum spirituale solacium, ut domi habeant carnale commercium. Istiusmodi homines in proverbiis Salomonis arguit deus dicens: Alligabit quis ignem in sinu suo et vestimenta eius non comburet? Aut ambulabit super carbones ignis et pedes illius non ardebunt? Explosis igitur et exterminatis his que nolunt esse virgines sed videri, nunc ad te mihi omnis dirigatur oratio, que quanto prima Romane urbis virgo nobilis esse cepisti, tanto tibi amplius laborandum est, ne et presentibus bonis careas et futuris. Et quidem molestias nuptiarum et incerta coniugii de domestico exemplo didicisti, cum soror tua Blesilla etate maior, sed proposito minor, post acceptum maritum septimo mense viduata est. O infelix humana conditio et futuri nescia! Et virginitatis coronam et nuptiarum perdidit voluptatem. Et quamquam secundum pudicitie gradum teneat, tamen quas illam per momenta sustinere estimas cruces, spectantem cotidie quod ipsa perdiderit? Et cum difficilius experta careat voluptate, minorem continentie habere mercedem? Sit tamen et illa secura, sit gaudens: centesimum et sexagesimum fructus de uno sunt semine castitatis. Nolo habeas consortia matronarum, nolo ad nobilium accedas domos, nolo frequenter videas quod contempsisti virgo esse volens. Si sibi solent applaudere mulierculae de iudicibus viris et in aliqua positis dignitate, si ad imperatoris uxorem concurrit ambitio salutantium, cur tu facias iniuriam viro tuo? Ad hominis coniugem dei sponsa quid properas? Disce in hac parte superbiam sanctam; scito te illis esse meliorem. Neque vero earum te tantum cupio declinare congressus que maritorum inflantur honoribus, quas eunuchorum greges sepiunt, et in quarum vestibus attenuata in filum metalla texuntur, sed etiam eas fuge quas viduas necessitas fecit, non quo mortem optaverint maritorum, sed quo datam occasionem pudicitie libenter amiserint. Nunc vero tantum veste mutata, pristina non mutatur ambitio. Precedit caveas basternarum ordo semivirorum, et rubentibus buccis cutis farsa distenditur, ut eas putes maritos non amisisse sed querere. Plena adulatoribus domus, plena conviviis. Clerici ipsi quos in magisterio esse oportuerat doctrine

pariter et

pallore et timoris · osculantur capita matronarum · et extensa manu ut benedicere
eos putes velle si nescias · pretium accipiunt salutandi · Ille interim que sacer-
dotes suo vident indigere presidio eriguntur in superbiam · et quia maritorum experte
dominatum · viduitatis preferunt libertatem · caste vocantur et nonne
et post cenam dubiam apostolos somniant · Sint tibi socie quas ieiunia attenuat · quibus
pallor in facie est · quas et etas probavit et vita · que cotidie in cordibus suis ca-
nunt · ubi pascis ubi cubas in meridie · que ex affectu dicunt · cupio dissolvi
et esse cum Christo · Esto subiecta parentibus · imitare sponsum tuum · Rarus sit
egressus in publicum · martyres tibi querantur in cubiculo tuo · Numquam causa deerit
procedendi si semper quando necesse est processura sis · Moderatus sit cibus et numquam venter
expletus · plurime quippe sunt · que cum vino sint sobrie · ciborum largitate sint
ebrie · Ad orationem tibi nocte surgenti · non indigestio ructum faciat · sed ina-
nitas · Crebrius lege · disce quamplurima · Tenenti codicem somnus obrepat · et
cadentem faciem pagina sancta suscipiat · Sint tibi cotidiana ieiunia · Et
refectio saturitatem fugiens · Nichil prodest biduo triduoque transmisso · vacuum
portare ventrem · si pariter obruatur · si compensatur saturitate ie-
iunium · illico mens repleta torpescit · et irrigata humus spinas libidinum
germinat · Si quando senseris exteriorem hominem florem adolescentie suspirare et
[illegible] in lectulo compositam dulcis libidinum pompa concluserit ·
arripe scutum fidei · in quo ignite diaboli extinguuntur sagitte · Omnes
adulterantes · quasi clibanus corda eorum · At tu Christi comitata vestigiis · et sermonibus
eius intenta · dicito · Nonne cor nostrum ardens erat in via cum aperiret nobis Ihesus
scripturas · Et illud · Ignitum eloquium tuum · et servus tuus dilexit illud · Difficile
est humanam animam aliquid non amare · et necesse est ut in quoscumque mens nostra
trahatur affectus · Carnis amor spiritus amore superatur · desiderium desi-
derio restringatur · quicquid inde minuitur · hinc crescit · Quin potius
semper ingemina et dic · In lectulo meo per noctes quesivi quem dilexit anima
mea · Mortificate ait apostolus membra vestra super terram · Unde et ipse confidenter aiebat · vivo
autem iam non ego · vivit vero in me Christus · Qui mortificat membra sua et in ymagi-
ne perambulat · non timet dicere · Factus sum sicut uter in pruina · Quicquid enim in me
fuit humoris excoctum est · et Infirmata sunt in ieiunio genua mea et oblitus sum
manducare panem meum · A voce gemitus mei adhesit os meum carni mee · Lavabo
[illegible] per singulas noctes lectum meum · lacrimis stratum meum riga-

Vigila et fac sicut passer in solitudine . psale spiritu psale mente . benedic anima mea
domino et ne obliviscaris omnes retributiones eius . Qui propiciatur omnibus iniqui-
-tatibus tuis . qui sanat omnes infirmitates tuas . et redimit de corruptione
vitam tuam . Cum mortis recordaberis dic . quia cinerem sicut panem manducabam . et
potum meum cum fletu miscebam . An non flendum est non gemendum . cum me serpens
sponsus invitat ad illicitos cibos . cum de paradiso virginitatis eiectum . tunicas
vult vestire pellicias . Quas helyas ad paradisum rediens proiecit in terram dans .
Quid tibi et voluptati que in brevi perit . Quid cum hoc dulci et mortifero carmine
syrenarum . Nolo te illi subiaceri sententie qua in hominem est illata dampnatum . In do-
-loribus et anxietatibus paries mulier . lex ista non mea est . et ad virum
conversio tua sit . Conversio illius ad maritum est quia virum non habet sponsum . Et ad ex-
-tremum . morte morieris . finis iste coniugii . meum propositum sine sexu est .
Habeant nupte suum tempus et titulum . michi virginitas in maria dedicata
est . Sicut aliquis . Et audes nuptiis detrahere que a domino benedicte sunt . Non
est detrahere nuptiis . cum illis virginitas antefertur . Nemo malum bono comparat .
glorientur et nupte . cum virginibus sunt secunde . Crescite ait et mul-
tiplicamini et replete terram . Crescat et multiplicetur ille qui repleturus est terram .
Tuum agmen in celis est . Crescite et multiplicamini . hoc expletur edictum
post paradisum et nuditatem et ficus folia auspicantia pruriginem nuptiarum .
Nubat et nubatur ille qui in sudore faciei comedit panem suum . cui terra tribulos
generat . et spinas . cuius herba sentibus suffocatur . Semen meum centena
fruge fecundum est . Non omnes capiunt verbum dei . sed quibus datum est . Alium
eunuchum necessitas faciat . me voluntas . Tempus amplexandi . et tempus
abstinendi manum a complexu . Tempus mittendi lapides . et tempus colligendi .
Postquam de duritia nationum generati sunt filii abrahe . ceperunt sancti lapides
volui super terram . pertranseunt quippe mundi istius turbines . et in curru
dei rotarum celeritate volvuntur . Consuant tunicas qui inconsutilem
desursum tunicam perdiderunt . Quos vagitus delectat infantium . Fruntur
suas exordio fletu lugentes quod nati sunt . Eva in paradyso virgo fuit .
post pellicias tunicas initium sumpsit nuptiarum . Tua regio paradysus
est . Serva quod nata es et dic . Revertere anima mea in requiem tuam . Et ut
scias virginitatem esse nature nuptias . post delictum . virgo nascitur christus
de nuptiis . fructum reddens quod in radice perdiderat . Exiet virga de radice

iore. et flos de tali radice ascendet. Virga mater est [illegible] flos filius [illegible]
[illegible] sine semine. nulla ex [illegible] germine [illegible]te. et ad [illegible] tunc
dei [illegible] fecunda. Virgo flos speciosus est divine. Ego flos campi et lilium
[illegible] et in alio loco [illegible] predicamus ab inferis de more [illegible]
[illegible] significante quia Virgine nascituri eo de virgine. et in
ipso [illegible] nascitur [illegible]. ut [illegible] finis [illegible] capite meo. et dextera
eius amplexabitur me. In hoc tempore congruit voluntate etiam illud quod
[illegible] q hoc [illegible] bina [illegible] simul [illegible] sunt. Impar numerus est mundus.
Quod moyses et ihesus nave nudis [illegible] pedibus [illegible] iudeos.
[illegible] sine calciamento. [illegible]. et vinculis pellium ad pre
dicationem novi evangelii destinantur. De mulieribus vestimentis [illegible]
forte dimissa calligas non [illegible] quas tolleret. [illegible] poterat hec dicere
quod prohiberat [illegible]. Laudo nuptias. Laudo coniugium. Sed [illegible] nuptias
virgines generant. Lego de spinis rosam. Aurum de terra
margaritam. Nunquid qui arat tota die arabit. Nonne et laboris
sui fruge letabitur. Plus honorantur nuptie. quando [illegible] de illis na
[illegible] plus amatur. Quid [illegible] mater filie tue. [illegible] lacte nutrita
[illegible] plus [illegible]. nullam virginem [illegible]
[illegible] inveneris. [illegible] Deum. nullam virginem [illegible]
victam [illegible]. Indignaris quia noluit [illegible] uxorem sed virginis [illegible]
[illegible] prestitit. Socrus dei esse cepisti. De virginibus [illegible]
[illegible] preceptum domini non habeo. Quare quia et ipse ut esset virgo
[illegible] preparatum non [illegible]. Quare [illegible] quia cum [illegible]
non fuit imperii sed sponte voluntatis. Neque enim audiendi sunt. qui eum [illegible]
uxorem [illegible] sunt. [illegible] differentias et quadras [illegible]
[illegible] intulerit. Volo autem omnes esse sicut me ipsum. Et infra. Dico
autem innuptis et viduis. Bonum est illis si sic permaneant. sicut et ego.
Et in alio loco. Nunquid non habemus potestatem mulieres circumducendi. sicut et ceteri
apostoli. Quare quod non habet domini de virginitate preceptum. Quia maioris
est mercedis. quod non cogitur et offertur. Quia si fuisset virginitas
imperata. nuptie videbantur ablate. et durissimum erat contra naturam
cogere angelorum vitam ab hominibus exigere. Et id quoddam modo dampnare
quod conditum est. Alia fuit in veteri lege felicitas. beatus qui habet semen
in syon et domesticos in ierusalem. et maledicta sterilis que non pariebat.
Et filii tui sicut novelle olivarum. in circuitu mense tue. Et [illegible]

diuitiarum et non erit infirmus in tribubus tuis. Nunc dicatur: Ne te lignum
[illegible] aridum. nos Loth pro filiis et filiabus in [illegible] reperiemus.
Nunc ostendamus paupertatem. et Lazarum diuiti preferamus in purpura. Nunc
cum [illegible] fortior est. Vicimus et orbis. et ut de temporis taceam
sola erat benedictio liberorum. Sarra et Abraham iam senex Cetura
copulatur. et Iacob mandragoris commercit. Et conclusam uuluam
in ecclesie figura Rachel [illegible] aperuit. [illegible] li increpata
est [illegible] mensibus impleta est. Virgo Helias. uirgo [illegible]. Virgino
multi filii prophetarum. Ieremie dicitur. Et tu ne accipias uxorem. Sanctificatus
in utero. captiuitate propinqua uxorem prohibetur accipere. Aliis uerbis
idipsum apostolus loquitur. Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem.
quoniam bonum est homini sic esse. Que est ista necessitas. que aufert gaudia
nuptiarum. Tempus breuiatum est. Reliquum est ut et qui habent uxores
sic sint quasi non habeant. In proximo est Nabuchodonosor. promouit se leo
de cubili suo. Quid mihi superbissimo regi seruitura coniugia? Quid paruulos
quos propheta plorat dicens. Adhesit lingua lactentis ad faucem ipsius
[illegible] paruuli postulauerunt panem. et qui frangeret eis non erat. In
- ueniebatur ergo ut diximus in uiris tantum hoc continentie bonum. et in
doloribus iugiter Eua pariebat. Postquam uero uirgo concepit in utero. et peperit
nobis puerum. cuius principatus in humero eius. deum fortem patrem
futuri seculi soluta maledictio est. Mors per Euam. uita per Mariam. Ideo
[illegible] uirginitatis donum fluxit in feminas. quia cepit a femina.
statim ut filius dei ingressus est super terram. nouam sibi familiam in
- [illegible]. ut qui ab angelis adorabatur in celo. haberet angelos et in terris.
Tunc Olofernis caput Iudith continens amputauit. Tunc Aman qui
interpretatur iniquitas suo igne combustus est. Tunc Iacobus et Iohannes relicto
patre et rete et nauicula. secuti sunt saluatorem. affectum sanguinis
et uincula seculi. et curam domus pariter relinquentes. Tunc primum audi-
- tum est. Qui uult uenire post me. deneget semet ipsum. et tollat crucem
suam et sequatur me. Nemo enim miles cum uxore pergit ad bellum. Dis-
- cipulo ad sepulturam patris ire cupienti non permittitur. Vulpes foueas
habent. et uolucres celi nidos ubi requiescunt. filius autem hominis non habet
[illegible] apud Roma[illegible]. Ne forte contristeris. si angusti mansisti. [illegible]

uxore est, sollicitus est de his quae domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem
cum uxore est, sollicitus est quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori.
Divisa est mulier et virgo. Quae non est nupta cogitat quae sunt domini ut sit
sancta et corpore et spiritu. Nam quae nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat
viro. Quantas molestias habeant nuptiae et quot sollicitudinibus vin-
-ciantur, in eo libro quem adversus Helvidium de beatae Mariae perpetua vir-
-ginitate edidimus, puto breviter expressum. Nunc eadem replicare fa-
-stidium est. Et si cui placet, de illo potest haurire fonticulo. Verum
ne penitus videar omisisse, nunc dicam quod apostolus sine intermissione
orare nos monet; et qui in coniugio debitum solvit, orare non potest.
Aut oramus semper et virgines sumus, aut orare desinimus ut
coniugio serviamus. Et si nupserit, inquit, virgo, non peccat; tri-
-bulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Et in principio libelli praefatus
sum de angustiis nuptiarum aut nihil omnino me aut pauca
dicturum; et nunc eadem admoneo, ut si tibi placet scire quot mole-
-stiis virgo libera, quot uxor astricta sit, legas Tertullianum ad
amicum philosophum, et de virginitate alios libellos, et beati Cypri-
-ani volumen egregium, et papae Damasi super hac re versu prosaque
composita, et Ambrosii nostri quae nuper ad sororem scripsit opuscula. In quibus
tanto se effudit eloquio, ut quidquid ad laudes virginum pertinet
exquisierit, ordinaverit, expresserit. Nobis diverso tramite properandum est:
virginitatem non tantum efferimus, sed servamus. Nec sufficit scire quod bo-
-num est, nisi custodiatur attentius quod electum est: quia illud iudicii est,
hoc laboris; et illud commune cum pluribus, hoc autem cum paucis. Qui
perseveraverit, inquit, usque in finem, hic salvus erit; et multi vocati,
pauci autem electi. Itaque obtestor te coram deo et Christo Iesu et electis
angelis eius, ne vasa templi quae solis sacerdotibus videre concessum est, fa-
-cile in publicum proferas, ne sacrarium dei quisquam profanus aspiciat.
Ozias arcam quam non licebat attingens subita morte prostratus est. Neque
enim aureum vas et argenteum tam carum deo fuit quam templum corporis virginal-
-is. Praecedit umbra, nunc veritas est. Tu quidem simpliciter loqueris, et ignotos
quosque blanda non despicis; sed aliter impudici vident oculi; non norunt
animae pulchritudinem considerare, sed corporum. Ezechias thesaurum dei ost

Assyrii. sancta sanctorum non debuerunt videre quod operiret. denique frequentibus bellis
Iudea convulsa. vasa primum domini capta atque translata sunt. Et inter epulas
et concubinarum greges. quia palma viciorum est honesta polluere bal
thasar potat in phialis. Ne declines aurem tuam in verba mala. Sepe enim
indecens aliquid loquentes temptant mentis arbitrium. si libenter audias virgo
quod dicitur. si ad ridicula queque solvaris. Quicquid dixeris laudant.
quicquid negaveris negant. Facetam vocant et sanctam. et in qua nullus
sit dolus. ecce vere ancilla christi dicentes. ecce tota simplicitas. non ut
illa horrida. turpis. rusticana. terribilis. et que ideo forsitan maritum
non invenit. quia invenire non potuit. Naturali ducimur malo. et adula
toribus nostris libenter favemus. et quamquam nos respondeamus indignos et calidus
rubor ora perfundat. tamen ad laudem suam intrinsecus anima letatur. Sponsa
christi archa est testamenti intrinsecus et extrinsecus deaurata. custos legis domini.
Sicut in illa nichil aliud fuit nisi tabule testamenti. ita et in te nullus sit
extrinsecus cogitatus. Super hoc propiciatorium quasi super cherubin sede
re vult dominus. Mittit discipulos suos ut in te sicut in pullo asine sedeat.
curis te secularibus solvit. ut paleas et lateres egypti derelinquens
moysen sequaris in heremo. et terram repromissionis introeas. et nemo
sit qui prohibeat. non mater. non soror. cognata. germanus. dominus te necessariam
habet. Quod si voluerint impedire. timeant flagella pharaonis. qui
populum dei ad colendum eum nolens dimittere. passus est illa que scripta sunt.
Ihesus ingressus templum. omnia que templi non erant proiecit. Deus enim
zelotes est. et non vult domum patris fieri speluncam latronum. Alioquin
ubi era numerantur. ubi sunt cavee columbarum. et simplicitas
enecatur. ubi in pectore virginali secularium negociorum cura estuat.
statim velum templi scinditur. sponsus consurgit iratus et dicit.
Relinquetur vobis domus vestra deserta. Lege evangelium. et vide quomodo maria ad pedes
domini sedens marthe studio preferatur. Et certe martha sedulo hospitali
tatis officio domino atque discipulis convivium parabat. Martha inquit
martha sollicita es. et turbaris erga plurima. Pauca autem necessaria
sunt aut unum. Maria bonam partem elegit. que non auferetur ab ea. Esto
et tu maria. cibos preferto doctrinam. sorores tue cursitent. et querant
quomodo christum hospitem habeant. Tu semel cum seculi honore proiecto. Sede ad

pedes domini et dicens. Inveni eum quem querebat anima mea. tenebo eum et
non dimittam eum. Et ille respondebat. Una est columba mea. perfecta mea.
Una est matri sue. electa genitrici sue. celestis videlicet Jerusalem. Semper te cubicu-
li tui secreta custodiant. Semper tecum sponsus ludat intrinsecus. Oras
loqueris ad sponsum. legeris et ille loquetur. Et te cum somnus oppresserit.
veniet post parietem. et mittet manum suam per foramen. et tanget ven-
trem tuum. et tremefacta consurges. dices. Vulnerata caritate ego sum.
Et rursus ab eo audies. Ortus conclusus soror mea sponsa mea. ortus
conclusus fons signatus. Cave ne domum exeas. et ne velis videre
filias regionis alienae. Licet fratres habeas patriarchas. et israel parente
leteris. Dina egressa corrumpitur. Nolo te sponsum querere per plateas.
nolo circumire angulos civitatis. Dicas licet surgam et circuibo civita-
tem in foro et in plateis. queram quem dilexit anima mea. et interroges custo-
des. Numquid quem dilexit anima mea vidistis. Nemo tibi respondere dignabitur.
Sponsus in plateis non potest inveniri. Arta et angusta via est. que
ducit ad vitam. Denique sequitur. Quesivi eum et non inveni. vocavi eum et
non respondit mihi. Atque utinam non invenisse sufficeret. Vulneraberis.
nudaberis. et gemibunda narrabis. Invenerunt me custodes qui cir-
cumeunt civitatem. percusserunt me et vulneraverunt me. tulerunt pallium
meum michi. Si autem hoc exiens patitur illa que dixerat. Ego dormio et cor
meum vigilat et fasciculus stactes fratruelis meus michi in medio uberum
meorum commorabitur. quid de nobis fiet que adolescentule sumus.
que sponsa intrante cum sponso remanemus extrinsecus. Zelotipus est Ihesus.
non vult ab aliis videri faciem tuam. Excuses licet atque causeris. Adducto
velamine ora contexi et quesivi te et dixi. Annuncia mihi quem dilexit
anima mea ubi pascis. ubi cubas in meridie. ne quando fiam sicut operta super
greges sodalium tuorum. Indignabitur. tumebit et dicet. Si non cognoveris
te o pulchra in mulieribus. Egredere tu in vestigiis
gregum et pasce edos tuos in tabernaculis pastorum. Sis licet pulchra et
inter omnes mulieres sponsi tua diligatur aspectus. nisi te cognoveris
et omni custodia servaveris cor tuum. nisi oculos iuvenum fugeris. Egredieris
de thalamo meo. et pasces edos qui statuendi sunt a sinistris. Itaque mi
Eustochium filia. domina. conserva. germana. aliud enim etatis. aliud meriti. illud

religionis .[illegible] et nomen . Audi ysaiam loquentem . Populus meus intra
cubiculum tuum : claude ostium tuum . Abscondere paululum aliquantulum donec per
transeat ira dei . Foras clamantes virgines stulte . Tu interius
esto cum sponso . Quia si ostium clauseris . et secundum euangelium preceptum . in occulto ora
veris patrem tuum . veniet et pulsabit et dicet . Ecce ego sto ante ianuam
et pulso . Si quis michi aperuerit . intrabo et cenabo cum eo . et ipse mecum . Et
tu statim sollicita respondebis . Vox fratruelis mei pulsantis . Aperi michi
soror mea . columba mea . perfecta mea . Neccesse est ut dicas . despoliaui
me tunica mea . quo induar illam . Laui pedes meos . quo inquinabo illos .
Illico exurge et aperi . ne te remorante pertranseat . et postea conqueraris
dicens . Aperui ego fratrueli meo . fratruelis meus pertransiit . Quid enim
necesse est . ut cordis tui ostia clausa sint sponso . aperiantur diabolo . clauda
tur diabolo . Et illud . si spiritus potestatem habentis ascenderit super te . locum tuum
ne dimiseris . Daniel in cenaculo suo neque enim manere poterat in humili fene
stras ad ierusalem apertas habuit . Et tu habeto apertas fenestras . sed vnde lumen
introeat . vnde videas ciuitatem dei . Ne aperias fenestras de quibus dicitur . mors
intrauit per fenestras vestras . Illud quoque tibi vitandum est cauendum . ne vane glorie
ardore capiaris . quomodo inquit . Ihesus potestis credere . gloriam ab
hominibus accipientes . Vide quale malum sit . quod qui habuerit non potest crede
re . Ne dicamus . Quia gloriatio mea est . Et qui gloriatur . in domino glorietur . Et
si adhuc hominibus placerem . christi seruus non essem . Et michi autem absit gloriari nisi in cruce
domini nostri yhesu christi . per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo . Et illud . [illegible]
laudabimur tota die . et in domino laudabitur anima mea . Cum facis elemosinam
deus solus videat . Cum ieiunas leta sit facies tua . Vestis nec satis munda nec
satis sordida . et nulla diuersitate notabilis . nec ex ea omnia [illegible] turba
circumstet . et digito demonstreris . frater est mortuus . soror est
corpusculum deducendum . caue ne dum hec sepius facis . [illegible] moriaris .
Nec satis religiosa velis videri . nec plus humilis quam necesse sit . Nec gloriam
fugiendo queras . plures enim paupertatis misericordie atque ieiunii arbitros declinantes . In
hoc ipso placere cupiunt . quod placere contempnunt . Et mirum in modum laus dum vitatur appeti
tur . Ceteris perturbationibus quibus mens hominis gaudet et tristatur sperat et metuit . plures
inuenio alienos . hoc vicio pauci admodum sunt qui caruerunt . et ille est optimus qui
in pulcro corpore [illegible] venustate sordes aspergitur . Nec tamen moneo te . ne de divi

-ceris gloriens. ne de generis nobilitate te iactes. ne te ceteris preferas. Ego novi hu-
militatem tuam. Scio te ex affectu dicere. Domine non est exaltatum cor meum. neque elati sunt
oculi mei. Novi et apud te et apud matrem tuam superbiam per quam diabolus cecidit locum
penitus non habere. Unde tibi de ea scribere superfluum est. Stultissimum quippe est docere quod noverit
ille quem doceas. Sed ne hoc ipsum tibi iactantiam generet quod seculi iactantiam contempsisti. ne
cogitatio tacita subrepat. ut quia in auratis vestibus placere desisti. placere co-
neris in sordidis. et quando in conventum fratrum veneris. ut potius humi sedeas. scabello
te causeris indignam. vocem ex industria quasi confecta ieiuniis tenues. et deficientis
imitata gressum humeris innitaris alterius. Sunt quippe nonnulle exter-
minantes facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. que statim ut aliquem viderint
ingemiscunt. dimittunt supercilium. et operta facie vix unum oculum liberant
ad videndum. Vestis pulla. cingulum sacceum. sordidis manibus pedibusque. Venter
solus quia videri non potest estuat cibo. His cotidie psalmus ille cantatur. Dominus
dissipavit ossa hominum sibi placentium. Alie virili habitu veste mutata erube-
scunt feminae esse quod natae sunt. crinem amputant. et impudenter erigunt eunuchinas.
Sunt que ciliciis vestiuntur. et cucullis fabrefactis ut ad infantiam redeant imitantur
noctuas et bubones. Sed ne tantum videar disputare de feminis. Viros quoque fuge
quos videris cathenatos. quibus feminei contra apostolum crines. hircorum barba
nigrum pallium et nudi in patientiam frigoris pedes. Hec omnia argumenta
sunt diaboli. Talem olim anthimum. talem nuper Sophronium Roma con-
gemuit. Qui postquam nobilium introierint domos. et deceperint mulierculas
oneratas peccatis semper discentes. et numquam ad scientiam veritatis pervenientes
tristitiam simulant. et quasi longa ieiunia furtivis noctium cibis protrahunt.
Pudet reliqua dicere. ne videar invehi. potius quam monere. Sunt alii de mei
ordinis hominibus loquor. qui ideo ad presbyterium et ad diaconatum ambiunt.
ut mulieres licentius videant. Omnis his cura de vestibus. si bene oleant
si pes laxa pelle non folleat. Crines calamistri vestigio rotantur. digiti
de anulis radiant. et ne plantas humidior via spargat. vix imprimunt
summa vestigia. Tales cum videris sponsos magis estimato quam clericos. Quidam
in hoc omne studium vitamque posuerunt. ut matronarum nomina domos moresque
cognoscant. E quibus unum qui huius artis est princeps breviter strictimque describam.
quo facilius magistro cognito discipulos recognoscas. Cum sole festinus exurgit. salutandi
ei ordo disponitur. viarum compendia requiruntur. et pene usque ad cubicula

dormientium sonet in orationis igitur · si pusillum videbis · si multum deginis · paulo
deinde hec appareant. Laudet · admiratur · attentat · et scelus indigere ·
convenimus non eam impetrat quam extorquet · et singula metuunt verecundiam
verbis offendere · [illegible] summa castitas · primum semina · presidium in dotibus
probat · · et alteri genere pepanum · vulgo papiro nominatur · ordinaria et papy-
et iam reclamatum. Quoniam et dum · unum ipsum est · quod novum ipsumit · auc-
ditor · aut exaggerator est fame · Et quia per horum monita mutat · tu idem
[illegible] aut illum matris Regis puero esse germanum · varius callidus hostis pugnat
in paradiso · Sapientior erat coluber omnibus bestiis quas creavit dominus deus super
terram · unum et apostolus · non ingerit [illegible] disputans. Nec attentare [illegible]
parte mundicie [illegible] vano · Quid igitur · perquid dispensatio dubitas · [illegible] que
[illegible] · [illegible] · fama non [illegible] · et posset dici · desponsam [illegible]
[illegible] virgine castam exhibere christo · Aut si non est qui posset exponere · [illegible]
in aliquo notare [illegible] periculo [illegible] · [illegible] in medio laqueorum ambulas · Et nisi te
veraciter virgines castitatis [illegible] in ipso mortis limine coronam perdidere
[illegible] · atque ancillule [illegible] · Et virgines ad [illegible] · [illegible]
[illegible] et domina · unum sponsus [illegible] · simul [illegible] · [illegible] simul [illegible]
[illegible] dulcis [illegible] · [illegible] et alie · honor virginum [illegible]
[illegible] · [illegible] infirmiore [illegible] · quippe · [illegible] ·
[illegible] · et [illegible] · [illegible] fugiens [illegible]
[illegible] · [illegible] · [illegible] ·
[illegible] et [illegible] domos [illegible] · [illegible]
[illegible] · [illegible] collega mala · nulla illis
[illegible] · et [illegible] · [illegible] · et dicit · [illegible]
[illegible] · et [illegible] · Et [illegible] filii tui [illegible] atque [illegible]
[illegible] · ac [illegible] · hec [illegible]
[illegible] · [illegible] ·
Nec [illegible] · aut [illegible] ·
Non [illegible] · [illegible]
[illegible] · [illegible] · [illegible]
[illegible] · [illegible] · [illegible] ·
[illegible] et [illegible] · [illegible] in [illegible]
[illegible] · et [illegible] · [illegible] · [illegible]

si te uideret in ydolio recumbentem. Et hec omnia munda mundis. et
nichil ferendum quod ad [illegible] [illegible]. Non tamen simul bibere non
debemus calicem christi et calicem demoniorum. Referam tibi mee infelicitatis
historiam. Cum ante annos plurimos domo parentibus sorore cognatis
et quod his difficilius est consuetudine lautioris cibi [illegible] propter celorum regna
[illegible] Iherosolimam militaturus pergerem. bibliotheca quam mihi
Rome summo studio ac labore confeceram carere omnino non poteram. Itaque miser ego
lecturus Tullium ieiunabam. post noctium crebras uigilias. post lacrimas
quas mihi preteritorum recordatio peccatorum ex imis uisceribus eruebat.
Plautus sumebatur in manibus. Si quando in memet reuersus prophetas legere cepissem
sermo horrebat incultus. et quia lumen cecis oculis non uidebam non oculorum putabam culpam esse
sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet in media ferme quadragesima medullis
infusa febris corpus inuasit exhaustum. et sine ulla requie quod dictu quoque incre-
dibile sit sic infelicia membra depasta est ut ossibus uix hererem. Interim parantur
exequie. et uitalis anime calor toto iam frigente corpore in solo tantum te-
pente pectusculo palpitabat. cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor. ubi tantum lu-
minis et tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris. ut proiectus in terram sursum
aspicere non auderem. Interrogatus de condicione christianum me esse respondi. Et ille qui
residebat mentiris ait. ciceronianus es non christianus. ubi thesaurus tuus ibi et cor
tuum. Illico obmutui et inter uerbera nam cedi me iusserat. conscientie magis
igne torquebar. illum mecum uersiculum reputans. In inferno autem quis confi-
tebitur tibi. Clamare tamen cepi et heiulans dicere. miserere mei domine
miserere mei. hec uox inter flagella resonabat. Tandem ad presidentis genua pro-
uoluti qui astiterant precabantur. ut ueniam tribueret adolescentie et errori
locum penitentie commodaret. exacturus deinde cruciatum si gentilium litterarum libros
aliquando legissem. Ego qui in tanto constrictus articulo uellem etiam maiora promittere deiurare
cepi. et nomen eius obtestans dicere. Domine si umquam habuero codices seculares si legero
te negaui. In hec sacramenti uerba dimissus reuertor ad superos. et mirantibus cunctis
oculos aperio tanto lacrimarum imbre perfusos. ut etiam incredulis fidem facerent ex
dolore. Nec uero sopor ille fuerat aut uana somnia quibus sepe deludimur.
Testis est tribunal illud ante quod iacui. testis iudicium triste quod timui. ita mihi numquam contingat
in talem incidere questionem. liuentes fateor habuisse me scapulas. plagas sensisse post somnum.
et tanto dehinc studio diuina legisse. quanto non ante mortalia legeram.

quod tibi vitandum est malum. si aliena non appetas. hoc enim et publice leges puniunt.
Sed quo tua que tibi sunt aliena non serves. Si in alieno inquit fideles non fuistis.
quod vestrum est quis dabit vobis? Aliena nobis auri argentique sunt pondera. nostra
possessio spiritualis est. de qua alibi dicitur. Redemptio anime viri proprie divitie. Nemo potest
duobus dominis servire. Aut enim unum odiet. et alterum diliget. aut unum patietur.
et alterum contempnet. Non potestis deo servire et mamone. id est divitiis. Nam
gentili syrorum lingua mammona divitie nuncupantur. Cogitatio victus spine
sunt fidei. Radix avaritie. cura gentilium. At dicis. Puella sum delicata
et que meis manibus laborare non possim. Si ad senectutem venero. si egrotare cepero.
quis mei miserebitur? Audi ad apostolos loquentem yhesum. Ne cogitetis in corde vestro
quid manducetis. neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca.
et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia celi quoniam non serunt neque
metunt. neque congregant in horrea. et pater vester celestis pascit illa. Si
vestis defuerit. lilia proponantur. Beatos audies pauperes et esurientes. Si quis
afflixerit dolor. legito. Propter hoc complaceo mihi in infirmitatibus meis. Et datus est
mihi stimulus carnis mee angelus sathane. qui me colaphizet ne extollar.
Letare in omnibus iudiciis dei. Exultaverunt filie iude in omnibus iudiciis tuis domine.
Illa tibi semper in ore vox resonet. Nudus exivi de utero matris mee. nudus et redeam.
Et nihil intulimus in hunc mundum. neque auferre quid possumus. At nunc plerasque videas
armaria stipare vestibus. tunicas mutare cotidie. et tamen tineas non posse
superare. Que religiosior fuerit. unum exterit vestimentum. et plenis arcis pannos
trahit. Inficiuntur membrana colore purpureo. aurum liquescit in litteras. gemmis co-
dices vestiuntur. et nudus ante fores earum Christus emoritur. Et cum manum ege-
nti porrexerint bucinant. cum ad agapem vocant. preco conducitur. Vidi nuper nomen
taceo. ne satiram putes. nobilissimam mulierum romanarum in basilica beati Petri
semiviris antecedentibus propria manu ut religiosior putaretur. singulos nummos
dispertire pauperibus. Interea ut usu nosse perfacile est. Anus quedam annis pannisque
obsita precucurrit ut alterum nummum acciperet. Ad quam cum ordine pervenisset.
pugnus porrigitur pro denario. et tanti criminis reus sanguis effunditur. Radix
malorum omnium est cupiditas. Ideoque ab apostolo idolorum servitus appellatur. Quere
primum regnum dei. et hec omnia apponentur tibi. Non occidet dominus fame animam
iustam. Iunior fui et senui. et non vidi iustum derelictum. neque semen eius querens
panem. Helias corvis ministrantibus pascitur. Vidua sareptana [illegible]

ni filius nocte moritura apothecas parat opulentes · et merci in modum com-
pleto, quam Alexander conterat aes · Petrus apostolus argentum inquit et
aurum non habeo · quod autem habeo hoc tibi do · In nomine domini iesu christi surge et ambula · Nunc
multi licet sermone taceant · opere loquuntur · fidem et misericordiam non habeo · quod
autem habeo aurum et argentum hoc non do · habentes igitur victum et vestitum
his contenti simus · Audi iacob in sua oratione quid postulet · Si fuerit dominus deus mecum
et custodierit me ... in hac via per quam ego iter facio · et dederit mihi panem ad man-
ducandum et vestem ad induendum · tantum necessaria deprecatus est · Et post
annos xx dives dominus et ditior pater ad terram revertitur chanaan · Infinita de
scripturis exempla suppeditant · quae avaritiam doceant esse fugiendam · Verum quia nunc
ex latere de ea dicitur · et suo si christus annuerit volumini reservatur · quid ante non
plures annos nitrie gestum sit referamus · Unus de fratribus parcior magis quam avarior
nesciens xxx argenteis dominum venditum · centum solidos quos lina texendo quesierat
moriens dereliquit · Initum est inter monachos consilium · nam in eodem loco circiter
quinque milia divisis cellulis habitabant · quid facto opus esset · Alii pau-
peribus distribuendos esse dicebant · alii dandos ecclesie · nonnulli parentibus re-
mittendos · [illegible] · Macharius vero et pambo et ysidorus · et ceteri quos patres vocant ·
sancto loquente spiritu decreverunt infodiendos esse cum eodem dicentes ·
Pecunia tua tecum sit in perditione · Nec hoc crudeliter quisquam factum putet · tantus
per totam egyptum cunctos terror invasit · ut unum solidum dimisisse sit crimi-
nis · Et quoniam monachorum fecimus mentionem · et te scio libenter audire que sancta sunt · aurem paulisper
accommoda · Tria sunt in egypto genera monachorum · cenobite quod illi sauhes gentili
lingua vocant · nos in commune viventes possumus appellare · Anachorite ·
qui soli habitant per deserta · et ab eo quod procul ab hominibus recesserint nuncupantur ·
tertium genus est quod dicunt remnuoth · deterrimum atque neglectum · et quod in nostra
provincia aut solum aut primum est · Hi bini vel terni nec multo plures simul
habitant · suo arbitratu ac dicione viventes · et de eo quod laboraverint in medium
partes conferunt ut habeant alimenta communia · Habitant autem quamplurimum in urbibus
et castellis · et quasi ars sit sancta non vita quicquid vendiderint maioris est pretii ·
Inter hos sepe sunt iurgia · quia suo viventes cibo non patiuntur se alicui esse
subiectos · Revera solent certare ieiuniis · et rem secreti victorie faciunt ·
Apud hos affectata sunt omnia · laxe manice · caligae follicantes · vestis
grossior · crebra suspiria · visitatio virginum · detractio clericorum · et

quando festior dies venerit saturantur ad vomitum. his igitur quasi quibusdam pestibus
exterminatis. veniamus ad eos qui plures in commune habitant. id est
quos coenobium diximus. Prima apud eos confederatio est. obedire maioribus
et quicquid iusserint facere. divisi sunt per decurias, atque centurias, ita ut
novem hominibus decimus praesit. et rursum decem praepositos sub se centesimus
habeat. Manent separati sed iunctis cellulis. Usque ad horam nonam insti-
tutum est ieiunium nemo pergit ad alium exceptis his quos decanos
diximus: ut si cogitationibus forte quis fluctuat illius consoletur alloquiis.
Post horam nonam in commune concurrunt psalmi resonant. scripture ex
more recitantur. et completis orationibus cunctisque residentibus. medius quem
patrem vocant incipit disputare. quo loquente. tantum silentium fit ut
nemo ad alium respicere. nemo audeat excreare. dicentis laus in
fletu est audientium. tacite volvuntur per ora lacrime. et ne in singultus
quidem erumpit dolor. cum vero de regno Christi. de futura beatitudine de gloria cepit
annuntiare ventura videas cunctos moderato suspirio, et oculis ad celum
levatis intra se dicere. Quis dabit mihi pennas sicut columbe. et volabo
et requiescam. Post hec concilium solvitur. et unaqueque decuria cum
suo parente pergit ad mensas. quibus per singulas ebdomadas vicissim
ministrant. nullus in cibo strepitus est. nemo comedens loquitur. vivitur
pane, leguminibus et holere. que sale et oleo conduntur. vinum tantum senes
accipiunt. quibus cum parvulis sepe fit prandium. ut aliorum fessa sustentetur
etas, aliorum non frangatur incipiens. dehinc consurgunt pariter. et
hymno dicto. ad presepia redeunt. ibi usque ad vesperam cum suis unusquisque loquitur
et dicit. vidistis illum et illum quanta in ipso sit gratia. quantum silentium. quam
moderatus incessus. si infirmum viderint consolantur. si in dei amore
ferventem cohortantur ad studium. Et quia nocte extra orationes publicas
in suo cubiculo unusquisque vigilat circumeunt cellulas singulorum
et aure apposita quid faciant diligenter explorant. Quem tardiorem
deprehenderint non increpant. sed dissimulato quod novit eum sepius visitat.
et prius incipiens. provocant magis orare quam cogunt. opus diei
statutum est. quod decano redditum fertur ad oeconomum qui et ipse per
singulos menses patri omnium cum magno reddit tremore rationem. a quo etiam cibi
cum facti fuerint degustantur. et quia non licet cuiquam dicere tunicam et sagum

ceteraque unicuique distincta non habeo. Ille ita universa moderatur, ut nemo quod
postulet, nemo dehabeat. Si vero quis ceperit egrotare, transfertur ad
exedram latiorem, et tanto senum ministerio confovetur, ut nec deli-
-tias urbium nec matris querat affectum. Dominicis diebus orationi
tantum et lectionibus vacant. Quod quidem et omni tempore completis opusculis fa-
-ciunt. Cotidie aliquid de scripturis discitur. Ieiunium totius anni equale est,
excepta quadragesima, in qua sola conceditur districtius vivere. Pen-
-tecoste cene mutantur in prandium, quo et traditioni ecclesiastice
satisfaciant, et ventrem cibo non onerent duplicato. Tales philoso-
phus Platonici sermonis imitatur. Tales Iosephus Grecus Livius
in secunda iudaice captivitatis historia essenos refert. Verum quia nunc
de virginibus scribens pene superflue de monachis disputavi, ad
tercium genus veniam, quos anachoritas tercium genus vocant,
et qui de cenobiis exeuntes excepto pane et sale amplius ad deserta
nil perferunt. Huius vite auctor Paulus, illustrator Antonius. Et ad supe-
riora conscendam, princeps Iohannes Baptista fuit. Talem quoque virum Iere-
-mias propheta describit dicens: Bonum est viro cum portaverit iugum ab
adolescentia sua. Sedebit solitarius et tacebit, quoniam sustulit super se
iugum, et dabit percucienti se maxillam, saturabitur obprobriis,
quia non in sempiternum abiciet dominus. Horum laborem et conversationem
in carne non carnis alio tempore, si volueris, explicabo. Nunc ad
propositum redeo, qui de avaricia disserens ad monachos veneram.
Quorum tibi exempla proponens non dicam aurum et argentum et ceteras opes,
sed ipsam terram celumque despicies, et adunata Christo cantabis:
Pars mea dominus est. Post hec, quamquam apostolus semper orare
nos iubeat, et sanctis etiam ipse sompnus oratio sit, tamen divisas horas
orandi habere debemus, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium
tempus admoneat. Horam terciam, sextam, nonam, diluculumque et vesperam nemo qui
nesciat. Nec cibi sumantur nisi oratione premissa, nec recedatur a mensa
nisi referantur gratie creatori. Noctibus bis terque surgendum, revolvenda
de scripturis que memoriter tenemus. Egredientes hospicium armet
oratio, regredientibus de platea oratio occurrat ante quam sessio, nec
prius corpusculum requiescat quam anima pascatur. Ad omnem actum [illegible]

manus pingat crucem. Nulli detrahas, nec adversus filium matris tue po-
nas scandalum. Tu quis es ut alienum servum iudices? Suo domino stat aut
cadit. Stabit autem: potens est enim deus statuere illum. Nec si biduo ieiunaveris,
putes te non ieiunante esse meliorem. Tu ieiunas et irasceris; ille come-
dit et forte blanditur. Tu vexationem mentis et ventris esuriem rixando
digeris; ille moderatius alitur et deo gratias refert. Unde cotidie
clamat Ysayas: Non tale ieiunium elegi, dicit dominus. Et iterum: In diebus
ieiuniorum vestrorum inveniuntur voluntates vestre, et omnes qui sub po-
testate vestra sunt stimulatis. In iudiciis et litibus ieiunantes percu-
titis pugnis humiliorem. Ut quid mihi ieiunatis? Quale illud potest esse ie-
iunium, cuius iram non dico nox occupat, sed luna integra derelinquit? Te
ipsam considerans, noli in alterius ruina, sed in tuo opere gloriari. Nec illarum
tibi exempla proponas, que carnis curam facientes, possessionum reditus et
cotidianas domus impensas supputant. Neque enim undecim apostoli Iude proditione
sunt fracti, nec Phygelo et Alexandro facientibus naufragium, ceteri
a cursu fidei substiterunt. Nec dicas: illa et illa suis rebus fruitur:
honoratur ab omnibus, fratres ad eam conveniunt et sorores. Numquid ideo
virgo esse desiit? Primum dubium an virgo sit talis. Non enim quomodo
videt homo, videt deus. Homo videt in facie, deus in corde. Deinde etiam
si etiam corpore virgo est, an spiritu virgo sit nescio. Apostolus autem
ita virginem definivit, ut sit sancta et corpore et spiritu. Ad extremum
habeat sibi gloriam suam. Vincat Pauli sententiam, deliciis fruatur et vivat.
Nos meliorum exempla sequamur. Propone tibi beatam Mariam, que tante exti-
tit puritatis ut mater domini esse mereretur. Ad quam cum angelus Gabri-
el in viri specie descendisset dicens: Ave Maria gratia plena dominus
tecum, consternata et perterrita, respondere non potuit. Numquam enim a viro
fuerat salutata. Denique nuntium discit et loquitur, et que homines for-
midabat, cum angelo fabulatur intrepida. Potes et tu esse mater domini. Acci-
pe tibi thomum magnum novum, et scribe in eo stilo hominis velociter spolia detra-
here. Et cum accesseris ad prophetissam, et conceperis in utero, et pepereris filium,
dic: A timore tuo domine concepimus et doluimus, et peperimus spiritum salu-
tis tue quem fecimus super terram. Tunc et filius tuus tibi respondebit
et dicet: Ecce mater mea et fratres mei. Et mirum in modum, ille quem

magnitudine pectoris cui paulo ante desponsus. que innocentie cor-
dis tui signaueras. postquam sponsa ex nostris esse ceperit. postquam denudauerit prin-
cipatus et potestates et affixerit eas cruci. conceptus adoleuit. et maior
effectus uocari te incipit hic de matre. Grandis labor. sed et grande pre-
mium. esse quod martires. esse quod apostoli. esse quod xpus est. Que quidem om-
nia tunc prosunt cum in ecclesia fiunt. cum in una domo pascha celebramus.
si archam ingredimur cum noe. si pereunte iericho. Raab meretrix iusti-
ficata nos continet. Ceterum uirgines quales apud diuersas hereses. et
